

neesse est? ô miserabilem illum! Lib. 1 de Clement., cap. 13.

155. Alienis malis torqueri, eterna miseria est: alienis malis delectati, voluptas inhumana. De Tranquillit. animi, cap. 15.

156. Tu ita vive, ut nihil mali committas. Ep. 3.

157. Mali mala sua, quod malorum ultimum est, amant. Epist. 39.

158. Mala mentis nostrae tunc perniciosissima scias esse, cum simulata sanitate subsidunt. Ep. 56.

159. Quis ista dementia est, malum suum antecedere? Epist. 98.

160. Lento adjutorio opus est contra mala continua, et fecunda: non ut desinant, sed ne vincant. Lib. 2 de Ira.

SIXT. PHIL.

161. Mali nullius auctor est Deus. Sent. 106.

162. Non putes malum, quod non sit turpe. *Ibid.*, sent. 192.

163. Qui nihil mali vult, fidelis est. *Ibid.*, sent. 208.

164. Omne quod malum est, Deo inimicum est. *Ibid.*, sent. 302.

165. Qui cogitat adversus alium mala, ipsa preveniens ipse perferat mala. *Ibid.*, sent. 318.

TRISMEGIS.

166. Deus profecto extra culpam malorum a nobis causa venit, nam mala bonis anteposimus. Lib. de Potest. et sap. Dei, cui tit. Pimander, cap. 4.

Vide etiam tit. Accusatio, sent. 63; Bonum, sent. 126, 127, 141, 145; Compassio, sent. 54; Consensus, sent. 52, 53, 55; Delectatio, sent. 31;

Diabolus, sent. 43, 103; Flagellum Dei, sent. 260;

Lingua, sent. 49; Negligentia, sent. 25; Obedientia, sent. 131; Obediatio, sent. 9; Passio, sent. 31; Peccatum veniale, sent. 25; Prævisio, sent. 17, 18, 39, 41, 44, 48; Profectus, sent. 84;

Prosperitas, sent. 38; Punio, sent. 35; Ratio, sent. 105; Rectitudo, sent. 27; Remuneratio, sent. 9; Timor, sent. 54; Victoria, sent. 46;

Voluntas Dei, sent. 65.

MANDATUM IN GENERE.

COLLECTOR.

Etymologia. Mandatum dicitur quasi manui datum; quia quod manui traditur, in promptu est: sic mandatum semper in promptu esse debet.

Definitio. Mandatum est omnis jussio, qua alter alteri jubet quod vult fieri. Vel, mandatum est intimatio voluntatis superioris, facta inferiori, ut secundum illam agat.

SENTENTIA PATRUM.

S. AMBROS.

1. Qui alios præceptis suis ligat, debet ipse legitima præcepta in se custodire. Lib. 10, epist. 82, ad Vercellens. Ecclesiam.

2. Ex quo incipit homo præcepti esse capax, ex s. AUGUST. illo incipit posse peccare. Lib. 3 de Libero arbit., cap. 24.

3. Præceptum non est ab illo, cui præcipitur; sed ab illo, qui præcipit. *Ibid.*

4. Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores injungitur, indifferenter est habendum, et pro eorum inter quos vivitur societate servandum est. Epist. 118, ad Januarium.

5. Per mandatum gravius delinquit, qui per mandatum scilicet quam malum sit quod admittit. Epist. 144, ad Anestias.

6. Mandatum si fit timore penae, non amore justitiae, serviliter fit, non liberaliter, et ideo nec fit. Non enim fructus est bonus, qui de charitatis radice non surgit. De Spiritu et littera, cap. 14.

7. Quidquid difficile est in præcepto, leve est amanti. Super Psalm. LXXVII, vers. 44.

8. Animus mallet non esse quod præcipitur, si ad faciendum amore non ducitur, sed timore coartatur. Super Psalm. xxxii, conc. 1, vers. 2.

9. Non est amicus recti quando mallet, si fieri posset, id quod rectum est non juberi. Super Psalm. LXXVII.

10. Quanto magis suavia sunt quae jubet qui jurat, tanto magis ea scrutatur amans, ut cognita faciat, et faciendo cognoscat, quia perfectius cognoscitur cum fiunt. Super Psalm. cxviii, Conc. 17.

11. Circumstant nos et præcepta recte faciendi, et exempla recte faciendum. Hom. 50, ex Hom. 53.

12. Magnum a Deo iudicium timere et expectare debent, qui prælatorum suorum jussa despiciunt. Serm. 61, ad Fratres in eremo.

13. Iniquum est eum damnare, cui non fuit potestas jussa complere. De Fide contra Manich., cap. 10.

14. Præcepta liber facit, qui libens facit. De Gratia Christi, cap. 13.

15. Ipse se interimit, qui præcepta medici observare non vult. Tract. 12, super Joan.

16. Valde bona sunt præcepta, si legitime his utamur. De Natura et gratia, cap. 69.

17. Omni tempore, omni persone, mortem contempta, custodita salutem operantur. De Præceptis et disput.

18. Prælati jussio vel prohibitio non prætereant terminos professionis, nec ultra extendi potest, nec contrahi citra. *Ibid.*

19. In prælati quibusque gravioris auctoritatis, et eorum mandatis quibusque majoris utilitatis, quo diligentior debetur obsequendi cura, eo et culpa gravior incurritur de contemptu. *Ibid.*

S. BERNARD.

20. Jussa prælatorum sine culpa non negliguntur, sine crimine non contemuntur: ubique enim et culpabilis neglectus, et contemptus damnabilis est. *Ibid.*

21. Contemptus in omni specie mandatorum pari pondere et communiter damnabilis est: neglectus autem in fixis gravior, tolerabilior in mobilibus mandatis. *Ibid.*

22. Sive Deus, sive homo vicarius Dei, mandatum quodcumque tradiderit, pari profecto obsequendum est cura, pari reverentia referendum, ubi tamen Deo contraria non præcipit homo. *Ibid.*

23. Imperfecti cordis et infirmæ prorsus voluntatis iudicium est, statuta seniorum studiosius discutere, hæere ad singula quae injunguntur, exigere de quibusque rationem, et male suspicari de omni præcepto cuius causa latuerit: nec unquam libenter obedire, nisi cum audire contigerit quod forte liberet, aut quod non aliter licere seu expedire monstravit, vel aperta ratio, vel indubitata auctoritas. *Ibid.*

24. Elatio contententis atque impenitentis obstinatio in minimis quoque mandatis culpam facit non minimam: et convertit in crimen grave rebellionis movum satis levem simplicis transgressionis. *Ibid.*

25. Quidquid vice Dei præcipit homo, quod non sit tamen certum displicere Deo, haud secus omnino accipiendum est, quam si præcipiat Deus. *Ibid.*

26. Ille se decipit, qui occulte vel aperte satagit, ut hoc ei injungatur, quod ipse desiderat. Lib. Medit., cap. 11.

27. Multos videmus post præcipientis imperium, nullas facere quaestiones: cur, quare, quomobrem, sæpius interrogare: ingenitare merelas, querere quare hoc præcipit? unde hoc venit? quis hoc adinvenit consilium? Serm. de Virtut. obedient.

S. BONAV.

28. Mandata tripliciter sunt servanda: propter salutarem obligationem, propter maledictionis ablationem, propter benedictionis collationem. Expos. 2, super Psalm. cxviii, cap. 1, vers. 6, art. 4.

29. Benedictionis adeptio, est mandatorum observatio. *Ibid.*

30. Mandata animam pacificent, pacificam fortificent, fortificatam sapientificant. *Ibid.* cap. 11, vers. 10, art. 4.

31. Mandatorum conservatio, est conservatorium exultatio. *Ibid.*, cap. 7, vers. 15, art. 4.

32. Nemo excusabilis est, si mandata non servat: quia omne quod præcipitur, facile est amanti. Serm. 1, de SS. Evangelista.

S. EUSEBIUS

33. Non est obediens, sed negligens, qui se-

cundum expectat mandatum. Epist. ad Damas. pap. de Morte D. Hieron.

34. Non considerare debetis quis, vel qualis sit, qui vobis facienda præcipit; sed solum quod sit prælatum. In suis opus. collat. 4, de Obedientia.

35. Ad promissam requiem pervenire desiderat, qui mandatorum onera libenter portat. Super Gen., cap. 49.

36. Dum salva fide res agitur, virtutis est meritum, si quiddid superior præcipit humiliter toleratur. Lib. 25 Moral., cap. 14.

37. Justitiae ac rationis ordo suadet, ut qui sua a successoribus desiderant mandata servari, decessoris sui procul dubio voluntatem et statuta custodiant. Lib. 5, in Registr. ind. 14, cap. 112, epist. 12.

38. Si parva quae videntur majorum imperia contempta, ab internis gaudiis separant; etiam minima, quae periculum, vitam parant. Lib. 2 in I Regum, cap. iii.

39. Majorum imperia perfecta humilitate observanda sunt. *Ibid.*, lib. 4, cap. 5.

40. Præcepta majorum et timori esse debent, et amoris. *Ibid.*, lib. 5, cap. 4.

41. Prudentissimus ille est, qui non tam considerat quod jussum sit, quam illum qui jusserit: nec quantitatem imperii, sed imperantis cogitat dignitatem. Epist. 14, ad Celent.

42. Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri: quod necesse est fieri, nisi fiat, penam habet. Lib. 4, advers. Jovian.

43. Ubi consilium datur, offerentis arbitrium est: ubi præcipitur, necessitas est servitium. *Ibid.*

44. Nullus a se mandata ita pollicetur, implenda, ut ille qui amore perfectionis supra mandata descendit; et dum amplius statuit facere, quam præceptum est, ostendit minus sibi præceptum esse quam potuerit. Epist. 1, ad Demetriad.

45. Non solum ille servus contempsit Dominum, qui prohibita fecerit, sed et qui jussa non fecerit. *Ibid.*

46. Leve est præcipere, sed labor est implere. Lib. 2 de Clausis. anima, cap. 13.

47. Vita præceptis contradicent, virtutes obediunt. *Ibid.*, lib. 3, cap. 6.

48. Triplex est vinculum mandatorum: primo trahimur, secundo retrahimur, tertio astringimur. Vinculum attrahens, sunt præceptiones, quae sunt eorum, quae fieri oportet. Vinculum retrahens, sunt prohibitiones, quae sunt eorum, quae fieri non licet. Vinculum astringens, sunt admonitiones, quibus eorum fluxum ligamus, cum voluntates etiam a licitis restringimus. Lib. 4 Miscellan., codic. 2, tit. 33.

S. BASILIENS.

S. FRANCISC.

ASSISIAS.

GLOSS. INT.

S. GREGORI.

MAGN.

S. HIERON.

HUGO A. S.

VICTORE.

HUGO CARD.

49. Mandatum est sepes arcens ab animas vitiorum. Super *Prov.*, cap. xxx.

S. JOHANNES GERYSOST.

50. Mandatorum observatio, amicitiae est confirmatio. *Prose.*

51. Non potest quis et amicus esse, et mandata contemnere: quia qui contemnit mandatum, amicus esse non poterit. Homil. 1, in dictum *Joan.* 15: *Vos amici mei estis.*

JOAN. TRITH.

52. Custoditio praeceptorum, perceptio est promissorum. *Ibid.*, homil. 2.

53. Quidquid jusserit superior, debet obedire inferior: sic tamen ut non aliter jubeat, quam Deus praecipit. In cap. 7 *Regule*, grad. 4, verbo *Fides.*

54. Quidquid vice Dei praecipit homo, non aliter accipiendum est, quam si per se Deus praeciperet. Part. 1, de *Regione claustral.*, tract. 2, *Regul.* art. 5.

LACT. FIRM.

55. Qui dat praepcepta vivendi, amputare debet omnium excusationum vias, ut imponat hominibus parandi necessitatem. Lib. 4 de *Divin. Inst.*, cap. 24.

S. PETR. DAM.

56. Aliud est quod ex auctoritate praecipitur, aliud quod misericorditer indulgetur. Quod praecipitur, non sine peccato negligitur: quod autem indulgetur, bonum est si dimittitur, non malum est si completur. Opusc. 13, cap. 7.

S. THOMAS AQUINAS.

57. Inferioris potestatis praepceptum non obligat, si contrarietur potestatis superioris. 1, 2, quaest. 19, art. 5, argum. 1.

THOMAS A KEMPIS.

58. Nemo secunde praecipit, nisi qui bene obedire didicit. Lib. 1, de *Imitatione Christi*, cap. 20, sect. 2.

SENTENTIA PAGANORUM.

ARISTOTEL.

59. Jubere imperiosius est, quam parere. Lib. 4 *Polit.*, cap. 15.

SENECA.

60. Longum iter est per praepcepta, brevis et efficax per exempla. Epist. 6.

61. Nihil proficiunt praepcepta, quamdiu menti error obfuscat est. Epist. 94.

62. Tolle errores et vitia, supervacua praepcepta sunt. *Ibid.*

63. Ad actiones rectas praepcepta perquirant. Epist. 95.

64. Praepcepta dare scienti supervacuum est, nescienti parum: audire enim debet non tantum quid sibi praecipitur, sed etiam quare. Epist. 93.

Vide etiam tit. *Mandatum Dei et Mandatorum facilitas* per totum; *Murmur*, sent. 39; *Obedientia*, sent. 55, 126; *Parentes*, sent. 10; *Peccatum in gen.*, sent. 64, 328; *Placere Deo*, sent. 24; *Placere*, sent. 69; *Praelatus*, sent. 247; *Promissio*, sent. 52; *Retrogredi*, sent. 23; *Suasio*, sent. 29; *Velocitas*, sent. 9.

MANDATUM DEI.

Etymologia et definitio. Nihil aliud sunt mandata Dei, quam jura divina manu data, vel effectui commendata. Super *Psal.* cxviii, exposit. 2, vers. 6, cap. 6, art. 2.

Divisio. Duo sunt genera mandatorum Dei, prohibendi unum, jubendi alterum: ut enim mala prohibentur, ita praecipuntur bona: ibi otium imperatur, hic studium; ibi coercetur animus, hic incitatur, hic fecisse, illic non fecisse culpabile est. *Prose.*

Hoc duplex diversumque praepceptum, prohibendi scilicet, et imperandi, aequo omnibus jure mandatum est, et nullus ab hoc imperio liber est. Epist. 14, ad *Celantianum.*

Differentia. Differentia est inter mandatum, et praepceptum Dei: quia mandatum non obligat de necessitate salutis, ejusque transgressio est venialis; sed praepceptum fit de necessitate salutis, quia obligat ad mortale. Part. 2, tit. 4, cap. 2, § 3.

Praepcepta Dei multis nominibus significantur: via, lex, testimonia, mandata, justificationes, judicia, sermones, eloquia, mirabilia, aequitas, verba, veritas, justitia. *Prose.*

Via dicuntur praepcepta Dei, quia ea faciendo pervenitur ad vitam; lex dicuntur, quia observatio ritum proposito ligant; testimonia dicuntur, quia evidenter admonent penam, vel promissis, vel praemiis, vel donis constentia; mandata dicuntur, quia facienda indicant; justificationes dicuntur, quia impleta, a reatu liberant; judicia dicuntur, quia unicuique pro merito debitam retributionem promittunt; sermones dicuntur, quia narrando instrunt; eloquia dicuntur, quia aperte significant; mirabilia dicuntur, quia insolite praecipunt, et incongrua promittunt; aequitas dicuntur, quia secundum justitiam facta sunt; verba dicuntur, quia significationes Dei sunt; veritas dicuntur, quia ita est ut dicunt; justitia dicuntur, quia nihil inordinatum continent. Super *Psal.* cxviii, cap. 68.

Mandata Dei a praepceptis distinguuntur: praepcepta dicuntur, quae Deus per seipsum jussit; mandata autem, quae per alios mandavit. 1, 2, quaest. 99, art. 5.

SENTENTIA PATRUM.

1. Qui secundum corporis appetentiam vivit, caro est: qui secundum praepcepta Dei, spiritus est. Super *Psal.* cxviii, serm. 4, vers. 1.

2. Magna est utilitas praepceptorum Dei, si libero arbitrio tantum detur, ut gratia Dei amplius honoretur. Epist. 29, ad *D. Hieron.*

3. Mandatum si fit timore penae, non amore

S. BONAV.

S. HIERON.

S. ANTONIN.

HUGO A S. VICTORIS.

S. THOMAS AQUINAS.

S. AMBROS.

S. AUGUST.

justitiam, serviliter fit, non liberaliter, et ideo nec fit, non enim fructus est bonus qui de charitatis radice non surgit. De *Spiritu et littera*, cap. 14.

4. Homo inobediens mandato Dei, atque elatus superbia, suasioni serpentis obediens, Dei praepcepta contempnit. In *Dialog.* 65, *Quaest. ad Qrosium*, quaest. 4.

5. Generalis prohibitio est, *Non concupiscas*: et generalis jussio, *Diliges*. De *Perfect. justitiae*, cap. 5, ratiocinat. 11.

6. Quidquid difficile est in praepcepto, leve est amanti. Super *Psal.* lxxvii, vers. 14.

7. Animus mallet non esse quod praecipitur, si ad faciendum amore non dicitur, sed timore coartatur. Super *Psal.* xxxii, conc. 1, vers. 2.

8. Mandatis rectis atque arduis humana non obtemperat infirmitas, nisi praeventis Dei adjuvet charitas. Super *Psal.* cxviii, conc. 5.

9. Via testimoniorum Dei nihil certius, nihil brevius, nihilque grandius intelligimus esse. Super *Psal.* cxviii, conc. 6.

10. Cum cause arduas venerit, ut haec condilio proponatur, aut faciendum esse contra Dei praepceptum, aut ex hac vita emigrandum: quorum duorum homo si cogitat alterum eligere, committente mortem persecutore, ibi eligat Deo dilecto emori, quam offensa vivere. Tract. 5 super *Evang. Joan.*, cap. 12.

11. Non potest divina promissa percipere, qui praepcepta caelestia noluerit observare. Sermon. 1, *fer. 3 post Dominicam 2 Quadrages.*

12. Dominus noster Jesus Christus jubet nobis aliquid, et promittit nobis aliquid: quod jubet hic est, quod promittit alibi est. Quod jubet finitur, quia temporale est: quod promittit non finitur, quia aeternum est. Quod jubet, opus est: quod promittit merces est. Sermon. 4 de *S. Stephano*.

13. Praepcepta ideo data sunt, ut homo excusationem de ignorantia non haberet. De *Grat. et lib. arb.*, cap. 2.

14. Aconsatio potius quam excusatio vera est, ubi mandati divini est aperta transgressio. Lib. 14 de *Civit. Dei*, cap. 14.

15. Multi Dei mandata retinent memoria, ut contemnant ea, praeviationis majore peccato, ubi oblivio nulla est excusatio. Lib. 11, de *Genesi ad lit.*, cap. 30.

16. Certum est nos servare mandata, si volumus. De *Grat. et lib. arb.*, cap. 16.

17. Mandata Dei servare possumus tanto amplius, quanto illud percipimus amplius. Tract. 74 super *Joan.*

18. Nihil prodest littera jubens, nisi adfuerit gratia juvens. Lib. 1 super *Luc.* cap. 2, in illud: *Lex per Moysen.*

19. Quanto solertius quisquam divinis obtemperat jussis, tanto dulcius Dei amorem concipit. Lib. 1 super *Proverba*, cap. iii, in illud: *Et gratia faucibus meis.*

20. Omni tempore, omni persone, mortuum contempta, custoditiam salutem operantur. De *Praepcepto et disput.*

21. Roma praecipit Deus, ut faciamus; a malis jubet ut abstinemus. Sermon. de *Virt. obed.*

22. Frustra se Deum diligere dicit, qui mandatis ejus suis operibus contradicit. Sermon. 9, de *Cena Dom.*

23. Mandata Dei sunt via, veritas, vita: via, in patriam reducens; veritas, in patriam conducens; vita, in patriam inducens. Exposit. 2 super *Psal.* cxviii, cap. 2, vers. 3, art. 4.

24. Mandata Dei non sunt impossibilia credenti, nec inutilia speranti, nec difficilia diligenti. *Ibid.*, cap. vers. 3, art. 3.

25. Mandata Dei est dominicum decernere, diabolicum spernere, angelicum adimplere. *Ibid.*, cap. 5, vers. 11, art. 2.

26. Quanto leviora sunt Dei praepcepta, tanto majus supplicium, his qui non obediunt. Lib. 2 *Phaetru*, cap. 44.

27. Non est perfectus observator mandatorum Dei, nisi sit repletus timore et amore. Sermon. 2, de *Decem praepcept.*

28. Via mandatorum amantibus est lata, sed non amantibus est arcta. *Ibid.*

29. Justum est ut qui divina contemnant mandata severioribus corrigantur vindictis: quatenus ceteri talia committere timeant, et sumant severitatis atque bonitatis exemplum. Apud Gratianum in *Decretis*, part. 2, causa 22, quaest. 3, can. *Justum.*

30. Apud Deum vice sunt peccatum, qui ejus praepceptis resistunt, et aliud sentire volunt, quam sanctis regulis continentur. Super *Psal.* lxxxi, vers. 24.

31. Multi resistunt praepceptis Dei, quando illa magis appellant, quam ipsius monitis inhihentur. Super *Psal.* lxxv, vers. 7: *Et quis resistet tibi?*

32. Se persequitur, qui Domini jussa non sequitur. Super *Psal.* lxxxiii, vers. 9.

33. Custodia praepceptorum Dei, est securitatis vitae acquisitio. Lib. 2 *Stromat.*

34. Mandatum Dei lucerna est, lex, lux, via vitae, increpato disciplina. Super *Epist. ad Tit.*, in proemio.

35. Illi soli vere sunt liberi dulcissima libertate, qui salubribus mandatorum Dei vinculis fuerint bene captivati. In *Annot. super Psal.* ii, vers. 3: *Dirupimus vincula eorum.*

36. Mandata gravia non sunt, non habent

S. BERNARD.

S. BONAV.

S. CALISTUS PAPA.

CASSIODOR.

CLEMENS ALEX.

DIONYSIUS CARTHUS.

FRANCISCUS TITLEM.

GLOSSA ORD.

deorsum, ut talentum plumbi; sed sursum vehit et excelsos facit custodia mandatorum Dei. Super I *Joan.*, cap. 5, in illud: *Mandata eius gravia non sunt.*

S. GREGOR.
MAGNUS.

37. Cum ab externis actionibus mens sopitur, tunc plenus mandatorum Dei pondus agnoscitur. Lib. 23, *Moral.*, cap. 12, num. 20.

38. Magna vercunda est, forti opere præceptis coelestibus inservire, sed terrenæ retributionis præmium querere. *Ibid.*, lib. 8, cap. 25.

39. Graviter unusquisque confunditur, quando mandata Dei, vel legendo, vel audiendo respicit, que male vivendo contempsit. *Ibid.*, lib. 18, cap. 5, super illud *Psal.* cxviii: *Tunc non confundar.*

40. Sacri eloquii mandata si modo bene portantur in opere, postea coronam victoriæ exhibent in retributione. *Ibid.*, lib. 22, cap. 44, num. 20.

41. Iram Dei provocare est, mandatis illius sciendo contraire: scire bonum, sed despiciere: facere posse, sed non velle. *Ibid.*, lib. 26, cap. 23.

42. Mandata Dei pro jussione facere, servientis et obedientis est: diligendo hæc facere, obedientis et amantis est. Homil. 10, super *Ezech.*, super illud *Psal.* cxviii: *Vide quia mandata tua dicitur.*

43. Omne mandatum de sola dilectione est, quia quidquid præcipitur, in sola charitate solidatur. Hom. 27, super *Evang.*

44. Multum cordi suo seminat, sed parum infert, qui de mandatis coelestibus, vel legendo, vel etiam audiendo multa cognoscit; sed negligenter operando pauca fructificat. Hom. 40, super *Ezech.*

45. Magnum est quod committitur, cum Dei mandata negliguntur. Lib. 5, in I *Regum*, cap. 3, super illud: *Nec custodisti mandata Domini Dei tui.*

S. GREG. NAZ.

46. Ubi timor Dei, ibi mandatorum est observatio. Orat. 2 de *Epiph.*

HAYMO.

47. Præcepta Novi Testamenti, quanto sunt perfectiora, tanto districtiora. Serm. 2 *Dom.* 2 post *Pent.*

S. HIERON.

48. Duo sunt genera mandatorum Dei: prohibendi unum, jubendi alterum. Ut enim mala prohibentur, ista præcipiuntur bona: ibi otium imperatur, hic studium: ibi coercetur animus, hic incitatur: hic fecisse, illic non fecisse culpabile est. *Prose.*

49. Hoc duplex diversumque præceptum, prohibendi scilicet et imperandi, æquo omnibus iure mandatum est, et nullus ab hoc imperio liber est. Epist. 14 ad *Celant.*

50. Sufficere tibi non putes, mandata Dei memoria tenere, et operibus obvisci: sed ideo illa cognosce, ut facias quidquid faciendum didiceris. *Ibid.*

51. Imperium Dei, beneficium est. *Ibid.*

52. Quanto solertius quisque divinis obtemperat jussis, tanto dulcius ejus amorem concepit. Lib. 1, super *Proc.* cap. iii, super illud: *Et gratia iuavibus tuis.*

53. Quisquis in præceptis Dei insisterit, hic heustus est: dum vitæ carnis coercet, dum animi petulantiam edomat, dum avaritiæ famem vincit, dum terrenorum honorum gloriam evitat. In explanat. super *Psal.* cxviii, in illud: *Beati innoculati.*

54. O infelix superbia! dedignatur sub præceptis coelestibus vivere, que mandata divina animi infidelis timore fastidit. Super *Psal.* cxviii, vers. *Retribuere servo tuo.*

55. Veritas in præceptis Dei, nihil falsum, nihil incertum, nihil imperfectum habet. *Ibid.*, vers. *Defectus in solvare tuum.*

56. Instruitur christianus, ut non cum mora vel tarditate, non cum tedio, vel desidia, nec cum tristitia vel dolore, non cum murmure vel querela, divinum exequatur mandatum. Serm. 3 *Dedicat.*

57. Quidquid imperitive decernitur, mortem irrogat non impletum: quecumque vero suadentur potius quam jubentur, facta prosunt, infecta non puniunt. Collat. 21, *Abbat. Theosæ*, cap. 14.

58. Mandatorum adimpletio animarum est disciplina, vulnorum pharmacum, optima ad Deo placendum via, et certissimum animæ piæ indicium. Homil. 27, super *Genesim.*

59. Dat Deus mandatum, ut probe obsequium: imponit legem, ut exploret hominis voluntatem: insinuat præceptum, ut ejus noseat arbitrium. Serm. de *Gen.*

60. Utilitas omnium mandatorum, una est, et omnia mandata quasi unum videntur esse mandatum: quia ita sibi coherent, ut alterum sine altero esse non possit. Homil. 42, super *Matth. Oper. imperf.*

61. Qui Dei mandatum transgreditur, omnia confundit et divini numeris proditor est, et coeli tibi tributum honorem, abjectum contemnit. Homil. 26, super I *Cor.*

62. Pauca Dei præcepta si totum hominem immutant, expoliato vetere novum reddunt, ut non cognoscas eundem esse. Lib. 3 de *Divin. inst.*, cap. 26.

63. Mandatum Dei sanctum est, coeleste, delectatione referendum, dulcedine plenum, mercede exuberantissimum; non temporali, sed æterna. In *Fasciculo amoris*, cap. 3.

64. Artifex misericordia Dei splendidissimum in mandatis suis condidit speculum, in quo homo suæ mentis faciem inspiceret, et quam conformis

S. ILLARIUS.

S. PROSPER.

S. INNOC. III.

JOAN. CAS.

S. JOANNE.

CHRYSOST.

S. VAL. EP.

LACT. FIRM.

S. LAURENT.

JUSTIN.

S. LEO I.

imagini Dei, aut quam similis esset, agnosceret. Serm. 11, *Quadrage.*

PHILO JUD.

65. Est servi laus maxima, nihil ex jussis dominicis contemnere, sed impingere in iustisque, vel supra vires conari cuncta exequi ex illius animi sententia. Lib. *Oratio rerum divinarum hæresis*.

66. Mandata Dei retineas firmiter, et jus divinum habes in prelio. Lib. 2 de *Victimis*.

67. Superba voluntas facit Dei præcepta contempti, humilitas custodiri. Lib. 3 de *Vita contemplat.*, cap. 3.

68. Ille mandata Dei memoriter tenet, qui quod mandatis Dei continetur, operatur. Super *Psal.* cii, vers. 17.

69. Mandata Dei, nisi quieta mens, scrutari non potest. Apud div. Augustinum, sent. 2.

70. Nihil Deus jubet quod sibi prosit, sed illi cui jubet. *Ibid.*, sent. 39.

SALVIANUS.

71. Pauca sunt, quæ mandat Deus, sed salutaria: expedita, sed sancta; præcepto parva, sed fructu grandia: scripto brevia, sed beatitudine sempiterna. Lib. 1, ad *Eccles. cathol.*

72. Pene omnis sermo divinus habet æmulos suos: quot genera præceptorum, tot adversariorum. Si largitatem esse in hominibus jubet Dominus, avarus irascitur; si parcimoniam exigit, prodigus execratur; horrent raptores, quidquid de justitia scribitur; horrent superbi, quidquid de humilitate mandatur; adversantur ebriosi, ubi sobrietas indicitur; detestantur impudici, ubi castitas imperatur; mavult quilibet improbus execrari legem, quam emendare mentem: mavult præcepta odisse, quam vitam. *Ibid.*, lib. 4.

73. Mandatis Domini servit, qui vitam suam ab omni viliorum contagione custodit. Homil. 10 de *Parasitis*.
Vide etiam tit. *Desertio Dei*, sentent. 45, 30; *Dispensatio*: sent. 33; *Fides*, sent. 78, 155; *Obedientia*, sent. 141.

S. VAL. EP.

MANDATORUM FACILITAS.

SENTENTIE PATRUM.

S. AMBROS.

1. Nihil est tam facile, quin habeat difficultatem, quod facias invitus. Lib. 5 *Hexam.*, cap. 45.

S. AUGUST.

2. Quidquid difficile est in præcepto, leve est amanti. Super *Psal.* lxxvii, vers. 44.

3. Non Deus impossibilia jubet, sed jubendo admonet, et facere quod possis, et pelere quod non possis. *De Natur. et gratia*.

4. Valde bona sunt præcepta, si legitime his utimur: eo quippe ipso quo firmissime creditur. Deum iustum et bonum impossibilia non potuisse præcipere. *Ibid.*, cap. 69.

5. Vix Dei dure sunt timori, leves amori. *Ibid.*

Omnia fiunt facilia charitati; cui uni Christi sarcina levis est. *Ibid.*

7. Præcepta Dei gravia non sunt, sed cui gravia sunt considerat non potuisse divinitus dici, gravia non sunt, nisi quia potest esse cordis affectus cui gravia non sunt, et petat quo desititum, ut impleat quod jubetur. *Ibid.*

8. Ostenditur non esse gravia divina præcepta; quis autem nesciat, cum præceptum sit generale charitas, quia finis præcepti est charitas, non esse grave quod diligendo fit, non timendo? *De Perfect. iustit. contra Cælestium*, cap. 10.

9. Non aliam ob causam Scriptura commemorat esse gravia divina præcepta, nisi ut anima que illa gravia sentit, intelligat se nondum accepisse viros, quibus talia sunt præcepta Domini qualia commendantur, levis scilicet atque suavia: et oret gemitu voluntatis, ut impetret donum facultatis. *Ibid.*, *Prose.*

10. Commendantur non esse gravia, ut cui gravia sunt intelligat nondum se accepisse donum, quo gravia non sunt, nec arbitretur ea se perficere, quando ita facit, ut gravia sint. *Ibid.*

11. Dei mandata non modo impossibilia non sunt, verum ne gravia quidem. *Ibid.*

12. Non juberet Deus, quod sciret non posse ab homine fieri. *De Grat. et liber. arbit.*, cap. 16.

13. Execramur blasphemiam eorum, qui dicunt impossibile aliquid homini a Deo esse præceptum, et mandata Dei non a singulis, sed ab omnibus in commune posse servari. Serm. 3 de *Trinit.*

14. Multi præcepta Dei sua imbecillitate, non Sanctorum viribus æstimantes, putant esse impossibilia, que præcepta sunt. Serm. 59 de *Temp. fer. 6 post. Dom. Quinquages.*

15. Præcepta Dei volentibus gravia, volentibus sunt levia. Serm. 61, ad *Fratr. in cremo*.

16. Onerosum, et quasi impossibile præceptum videtur: sed quibus? Mollibus, effeminatis, ignavis: in quibus? libertate perniciosa, ruptis habitibus eunt, quo volunt. Serm. 2 in *Cena Dom.*

17. Nemo excusabilis est, si mandata non servat quia omne quod præcipitur, facile est amanti. Serm. 1 de *SS. Evangelistis*.

18. Quanto leviora sunt Dei præcepta, tanto majus supplicium his, qui non obediunt. Lib. 2 *Pharetra*, cap. 44.

19. Via mandatorum amantibus est lata, sed non amantibus est arcta. Serm. 2 de *Decem præceptis*.

20. Fac quod in te est, sicque cito senties facile, quod fuit difficile. *De Perfect. charit.*, art. 4.

21. Nemo temeraria illa, et a patribus sub anathemate prohibita voce uti debet, Dei præcepta

S. BERNARD.

S. BONAV.

DIONYSIUS.

GARTHUS.

CONGLIUM.

TREMENT.

homini justificato ad observandum esse impossibilia: nam Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, et fecere quod possis, et petere quod non possis, et adjuvat ut possis, cuius mandata graviora non sunt, cuius jugum suave est, et omnis leve. Session. 6, cap. 14.

22. Si quis dixerit Dei praecepta homini etiam justificato, et sub gratia constituto, esse ad observandum impossibilia, anathema sit. Session. 6, can. 18.

S. EUSEBIUS
EMISENENSIS.

23. Nemo dominicum esse intolerabile conqueratur jugum: qui duri est animi, qui cordis est asperi, ipse sibi facit durum atque asperum jugum Christi: omnis Domini scilicet revelare, nescit opprimere. Hom. 1. *Epiphani.*

GLOSS. ORD.

24. Jugum Dei suave est, et omnis leve: quae natura sua dura sunt et aspera, amor Dei et spes praemii facit levia. Super illud I *Joan.* cap. v, *Mandata ejus graviora non sunt.*

25. Mandata graviora non sunt, non trahunt deorsum, ut talentum plumbi: sed sursum velat, et excelsos facit custodia mandatorum Dei. *Ibid.*

26. Mandata Dei dum fiunt, levia sunt, et nullo onere deprimentur: si quis autem accedens ad ea non sicut oportet, ea graviora esse dicat, suam infirmitatem magis accusat. *Prosec.*

27. Unde non scripsit: Mandata ejus levia sunt, sed ait: *Graviora non sunt*: illud solum assumens quod deorsum non trahit, et sursum vehit; ut juste seclentur quod justum est, experimentum ulique cognoscentes, quia Christi jugum leve est, suavitatem obtinens copiosam. *Ibid.*

GLOSAINT.

28. Mandata Dei libenter custodienda sunt, quia non sunt graviora. *Ibid.*

GLOSS. ORD.

29. Mandata Dei moderata, et temperata sunt humanis viribus. Super *Deuter.*, cap. xxx, in illud: *Justa est sermo.*

S. GREGORIUS
MAGNUS.

30. Praeceptum Domini, jugum est divinae suavitatis: quid enim grave non leviter tolerat qui amat? Lib. 5, in I *Reg.* cap. ii, super illud: *Et audieritis vocem ejus.*

31. Si, qui divina mandata quasi dura et importabilia respiciunt, intolerabilis poenae onere in futuro deprimentur. *Ibid.* super illud xii: *Si non audieritis vocem Domini.*

32. *Jugum meum suave est, et omnis meum leve.* Quid grave mentis nostrae cervicibus imponit, qui vitari omne desiderium, quod perturbat, precipit? *Prosec.*

33. Quid grave subjectis jubet, qui declinare laboriosa mundi hujus itinera admonet? Lib. 4. *Moral.* super illud *Job* 3: *Illi impii cessaverunt.*

34. Mandata Dei in delectatione suavitatis habenda sunt, non in estimatione asperitatis. *Prosec.*

35. Nam quibus semper dura et aspera viden-

tur, quae a Domino praecipiantur, paulatim declinant et deficient. Libro 5 in I *Regum*, cap. ii.

36. Praeceptum Domini jugum est divinae suavitatis: quid enim levius, aut unquam gratius, quam amor fertur? *Prosec.*

37. Quid praeterea grave non leviter tolerat, qui amat? quidquid enim diligitur, cum magna devotione portatur. *Ibid.*

38. Si qui divina mandata quasi dura et importabilia respiciunt, intolerabilis poenae onere in futuro deprimentur. *Prosec.*

39. Stulta audacia hominis, unde ad medicum subire ea, quae sibi videntur aspera, refugit; inde se asperioribus in aeternum subdit.

40. Nam si sapienter saperet, hoc sibi quod displicet, suaderet: ut per dura et aspera hujus brevissimi temporis, dura et aspera evaderet future damnationis.

41. Haec profecto dura corda carnalium velociter audiunt, sed per salubre consilium, facile molliri non possunt. *Ibid.*

42. En totum illud divinae legis arduum, totumque difficile, en ob quam causam dura imperia Domino reclamamus, et dicimus nos vel difficultate, vel impossibilitate mandatorum premi. *Prosec.*

43. Nec sufficit, quod jussa non facimus, nisi etiam jubentem, injustum pronuntiemus, dum ipsum aequitatis auctorem non modo dura et ardua, sed etiam impossibilia praecipisse conquerimur. Epist. 14, ad *Celantium.*

44. Nihil amantibus durum est, et nullus difficultis cupienti labor est: amemus et nos Christum, et facile videbitur omne difficile. Epist. 22, ad *Eustoch.*

45. Adversarius Christi est, et antichristus, cui praecipua displicent Christi. Epist. 23, ad *Marcellam.*

46. Dices forsitan: Grandis labor est, sed respice quod promissum est: omnia opus leve fieri solet, cum ejus prelium cogitatur. Epist. 1, ad *Demetriad.*

47. *Jugum meum suave est, et omnis meum leve*: suave est volentibus, durum est nolentibus. Super *Psal.* vi, vers. 5.

48. Nihil durum, nihil impium, nihil contrarium praecipit Dei jubetur. Super *Psal.* cxviii, vers. *Iniquos odio habet.*

49. Communis omnium Dominus prius beneficiis et multitudine beneficiorum hominis naturam ad se allicit, et postea imperat facilia atque levia, ut facilitate mandatorum, et beneficiis prioribus excitati, ad ea implenda homines inducantur. *Ibid.*

50. Difficultatem non natura praecipitorum, sed

multorum solet sociordia efficere: itaque si quis ea cum studio et alacritate animi suscipiat, videbit ea esse levia. Hom. 40, super *Matth. Oper. imperf.*

51. Nihil molestum habent Dei leges, levia et facilia sunt mandata: nihil grave neque onerosum requirit Deus a nostra natura. Homil. 27, super *Gen.* in illud: *Qui offerit sanguinem.*

52. Nolite omnes pertimescere, suavitatis enim eximie plenum est. Homil. 39, super *Matthaeum, Oper. perfect.* in illud: *Jugum meum suave est.*

53. Non pertimescas onus, nec ab eo jugo resiliat: sed omni alacritate animi jugum hoc ju-beas, et tunc quam suave sit facile cognosces. *Prosec.*

54. Nec enim teret cervicem tuam, sed ornatus gratia imponitur; et ut discas ordine ad regiam viam procedere, et praecipua utrimque vitare, ac facile per angustam viam levis incedere. *Ibid.*

55. Cur fugis? cur tremis? cur metuis? ergo-ne impossibilia praecipit tibi Deus? Homil. 33, super *Act. Apost.*

56. Mandata Moysi in actu facilia sunt, ideo in remuneratione modica, in peccato autem magna: mandata vero Christi, ipso actu difficilia sunt, et ideo in remuneratione magna, in peccato autem minima. Homil. 10, super *Matth. Oper. imperf.*

57. Videamus si quid Dei mandatorum difficile sit, et naturam humanam transgrediens: nihil igitur tale profecto, sed e contra incredibilem in his facilitatem invenimus. Homil. 57, super *Matth. Oper. perf.*

58. Possibile est Dei jussa perficere, si modo velimus omnem naturae trepidationem alacriter virtute superare, nihilque impossibile est eorum, quae a Christo hominibus imperantur. Homil. 6, de *Lazaribus D. Pauli.*

59. Quamquam habemus excusationem, si tam levia, tam facilia praepcepta non servaverimus? Nullam sane. Homil. 9, super I *Cor.*

60. Praecepta Dei adeo facilia sunt, adeo levia, ut multi philosophica tantum ratione ea excesserint. *Ibid.*, homil. 2.

61. Quid grave, quid onerosum est in praepceptis Christi? Serm. 2, super *Epist. ad Philip.*

62. Nihil difficile est, nihil grave est, quod nobis imperatur: si voluerimus, in voluntate omnia constituta sunt, per gratiam dumtaxat, quae desuper est. Homil. 13, super *Epist. ad Hebr.*

63. Magna praepcepti facilitas est, sed dilectio, grave inanim est desidia, facitque ut facilia omnia videantur difficilia; sicut studio et vigilantia etiam omnia ardua et difficilia, facilia nobis fiunt. Homil. 14, super *Genes.*

64. Jugum Domini Jesu suave est bonis, durum et importabile reprobis. *Prosec.*

65. Nihil est nimis tam durum, nihil tam terribile, nihil tam arduum, quod amanti Deum non sit facile et jucundum.

66. Rursus nihil tam leve, nihil tam facile, nihil tam parvum, quod male voluntati non sit grave et onerosum. Lib. 2 ad *Monachos.*

67. Nihil Christo Domino famulanti difficile, nihil arduum, nihilque estimandum est asperum. *De Obedient.*, cap. 26.

S. LAURENTIUS
AUSTIN.

68. Praeceptum sapientiae et lex Christi, lex charitatis est, lex amoris et elegantiae, non coacta, neque in terrore posita, sed in gratuita et spontanea cordis dilectione solidata. In *Fasciculo amar.*, cap. 1.

69. Nihil arduum est humilibus, nihil asperum mitibus, et facile omnia praepcepta veniunt in effectum, quando et gratia pretendit auxilium, et obedientia mollit imperium. Serm. 5 *Epiphani.*

S. LEO I.

70. Nihil, o anima, a te Deus exigit grave et arduum, sed facilia. Lib. 2 de *Victimis.*

PHILO HUD.

71. Quid hic molestum est, aut difficile? Non juberis maria nunquam prius tentata trajicere, et tempestatis furentem in mediis fluctibus, non pedibus emetiri asperos calles et invios, non itinera ingredi feris infestata et latronibus, non agere sub dio excubias, expositus insidiis hostium; absit, satis est si annuat animus, mox in promptu facilia erunt omnia. *Ibid.*

72. Omne praepceptum Dei leve est amanti. Apud *D. August.*, sent. 223.

S. PROSPER.

73. Totum durum est quidquid imperatur invitis. Lib. 4 ad *Eccles. catholic.*

SALVIANUS.

74. Attendite, fratres mei, attendite et videte, qualia praepcepta nobis injungit Deus noster; non aspera et difficilia, non gravia et importabilia. Serm. 17 post *Pentec.*

S. THOMAS
A VILLAN.

75. Lex Domini non est gravis, nisi carnalibus et iniquis: justus autem et rectus, snavis supra modum et dulcis est. Conc. 4 de *Uno mart.* Vide etiam tit. *Onus*, sent. 2, 3, 7, 49, 20, 27, 28, 29, 30, 32, 33, 35.

Etymologia. Mansuetus dicitur, quasi mansuetus quietus.

COLLECTOR.

Mansueti dicuntur, quasi manus assueti; quia qui de manu Domini bona et mala suscipiunt, recte manus sunt assueti. Super *Psal.* xxxiii.

HUGO CARD.

Definitio. Mansuetudo est tractabilitas, iram repellens. Sup. *Epist. ad Gal.*, cap. 5.

DIONYSIUS
CARTHUS.

Benignitas est virtus lenis, blanda, tranquilla et omnium honorum apta consorcio, moribus ad familiaritatem sui, dulcis alioquo, invidiosus temperata. Lib. 3, super *Epist. ad Galat.*, cap. b.

S. HIERON.

S. HIERON

S. ILLARIUS.

S. JOHANNES
CENYSOBI.

JOAN. TRIT.

- Benignitas est virtus sponte ad beneficiendum exp. s. ita. *Ibid.*
- HUGO A S. VICTORE. Mansuetudo est, per quam mansueti vel modesti tranquillitas animi, nullius improbitate limitem suae quietis excedit. *De Fruct. carnis et spirit.*, cap. 18.
- Benignitas est cum quadam splendida morum suavitate diligentis animi fervida conspectio. *Ibid.*
- HUGO CARD. Mansuetudo est virtus, quae disponit cor ad hoc, ut nec iniurias, nec verbera, nec contumelias sentiat. Super *Epist. B. Jacobi*, cap. III.
- S. JOAN. CL. Mansuetudo est animi immobilis status, inter vituperationes et laudes eodem modo perseverans. *Gratu* 8.
- S. LAUREN. JESTIN. Mansuetudo est suavitas malo cedens, subesse sciens, superiori non resistens, et bonis consentiens. Part. 4, *de Ligno vitae*, tract. 4, *de Charitate*, cap. 16.
- S. THOMAS AQUINAS. Mansuetudo est virtus compescens ab ira, quae perturbat iudicium rationis. Super II *ad Tim.*, cap. 2.
- SENECA. Clementia est temperantia animi in potestate ulciscendi. Lib. 2, *de Clement. ad Neronem*, cap. 3.
- Clementia est lenitas superioris adversus inferiorem in constituendis penis. *Ibid.*
- Clementia est inclinatio animi ad lenitatem in pœna exigenda. *Ibid.*
- Clementia est, quae se flectit citra id quod merito constitui posset. *Ibid.*
- SENTENTIAE PATRUM.
- S. ALBERT. MAGNUS. 1. Mansuetudo vera est, cum propter illatas iniurias mens nequaquam exerceat, nec amaritudo cordis exterius indicatur. *De Paradiso animae*, lib. 1, *de Virtut.*, cap. 49.
- S. AMBROS. 2. Quid mihi prodest carere saecularibus, nisi fuero mitis et mansuetus? Lib. 5, super *Lucan*, cap. 6, in illud: *Beati miles*.
- S. AUGUST. 3. Quanto melior, tanto esto mitior. Epist. 54 *ad Macelonium*.
4. Mansuetudo falsa, crudelitas est. Epist. 50 *ad Bonifac.*
5. Mitibus haereditas data est, tanquam testamentum Patris cum pietate quaerentibus. *Serm. Domini in monte*, lib. 1.
6. Mites sunt, qui cedunt improbitatibus, et non resistunt malo, sed vincunt in bono malum. *Ibid.*
- S. BERNARD. 7. Sunt aliqui mites, sed quomodo nihil dicitur vel agitur, nisi pro eorum arbitrio: patitur autem quam longe sint a vera mansuetudine, si levis oriatur occasio. *Serm. 4 Advent.*
8. Triplici velut ariete mansuetudo nostra pul-

- satur, verborum iniuriis, damnis rerum, corporis laesione: in his tribus, omnis exercitatio mansuetudinis existit. *Serm. in Convers. S. Pauli*.
9. Noli abuti clementia, ne potentia opprimaris. Epist. 131. *ad Mediolanenses*.
10. Mansuetudo habet pacem et societatem cum proximo, gratiam et familiaritatem cum Deo, regnum et hereditatem in caelo. Tit. 7 *Dietae*, cap. 2.
11. Sicut leoni a natura inest crudelitas, sic homini mansuetudo: et qui relicta mansuetudine regitur crudeliter, non est homo, sed bestia silvestris. *Ibid.*
12. Mansueti clarius informantur, rarius impugnantur, altius elewantur, amplius venerantur. *Ibid.*, lit. 8, cap. 4.
13. Audiant mansueti et latentur. Non dixit: Lege docti, non jejunantes, non psallentes; sed, mansueti latentur, qui charitate praecipua habere rerum omnium temperantiam consueverunt. Super *Psalm. xxxii*, vers. 2.
14. Mansueti mentis soliditate firmissimi sunt, et quamvis pia humilitate curvantur, spe futurae beatitudinis in summitates solissimas eriguntur. Super *Psalm. xxvii*, vers. 9.
15. Beatus ac felicissimus verè est vir ille, qui mansuetus est: nam vir mansuetus omnibus operibus bonis decoratur. *Prose.*
16. Quamvis afficiatur injuria, latetur: quamvis rebus adversis prematur, Deo gratias agit.
17. In charitate irascentes placat, increpationes aliorum fortiter tolerat.
18. In pugna tranquillus est, et sub imperio alterius letus vivit.
19. Non pungitur stimulus superbie, in depressionibus letatur: recte factis non extollitur, nec de iis se jactat.
20. Cum omnibus se pacificum exhibet, superiorum jussis promptus obtemperat.
21. Omnis malitiae expertus est, et a simulatione distat quam longissime, a dolo et invidia alienissimus est. *De Mansuetud.*
22. Perversi nulla flectuntur equitate, ac mansuetudine. Epist. 77, *ad Olympium*.
23. Mansuetudo nulla passione turbatur, et specialiter ira et furore non rumpitur. In *Regula monachorum*, cap. 24, *de Patient.*
24. Mansuetudo pascitur injuriis. Super *Ezech.*, cap. 22.
25. Qui mitis semper ac tranquillus est, nec iracundiae perturbatione succenditur, nec aeternae vitae tristitiam angore consumitur, nec cenodoxiae vanitate distenditur, nec superbiam timore sustollitur. Collat. 12, *Abbat. Charemonis*, cap. 6.
26. Bestiae natura feroces sunt, et praeter natu-

- CHRYSOST. ram mansueti; contra tu homo praeter naturam ferox, natura autem mitis: et qui bestiis id quod natura eis inest auferre, et quod earum naturae adversum inserere potes, id quod natura tibi praestitit, conservare non potes? Homil. 9, super *Gen.*
27. Nihil mansuetudine potentius, nihil illa fortius: illa animam in perpetua tranquillitate, et quasi in portu constituit, et omnis quietis occasio est. *Ibid.*, homil. 34.
28. Nihil animam ita in tranquillitate et quiete esse facit, ut mansuetudo et modestia. *Ibid.*
29. Mansuetudo omni diademate se possidenti est utilior, et omni claritudine et gloria conducibilior. *Ibid.*
30. Hoc certissimum signum est, quo inter noscitur vir ratione praeditus, si mansuetus fuerit, si lenis, si mitis, si modestus et quietus. *Ibid.*
31. Tantum mansuetudinis et lenitatis est robur, ut haec sola virtus sufficiat se colentem diligenter ineffabilibus laudibus dignum reddere. *Ibid.*
32. Hinc vere mansuetudo est, non quando quis offensus mansuete fert; sed quando quis ab his, etiam qui inferiores pulantur, offensus cedit. *Ibid.*, homil. 52.
33. Ille vere mansuetus est, qui cum nocitus fuerit, non cogitat malum, neque facit. Homil. 9, super *Matth. Oper. imperf.* super illud *Matth. v: Beati mansueti*.
34. Mansuetudo si non sit propter Deum, stultitia est. *Ibid.*, homil. 37.
35. Mansuetus sibi ipsi dulcis, et aliis est utilis. Homil. 6, super *Acta Apost.*
36. Tantum bonum est mansuetudo, ut ipsa pectora magis quam vehementes severitas extimulet, et plaga foris majore. *Ibid.*, homil. 7.
37. Ex dilectione mansuetudo oritur. Homil. 17, super I *Timoth.*
38. Mitis orphanorum pater est, viduarum praeses, pauperum procurator, injuria affectorum adiutor. *Prose.*
39. Mitis reverendus est pater pueris, et observandus dominus est servis. *Serm. de Mansuetud.*
40. Mansuetus sua presentia res turbulentas componit, quietasque ac tranquillas reddit. *Ibid.*
41. Multae quidem sunt virtutes, quae christianum decent, maxime autem omnium mansuetudo. *Ibid.*
42. Nihil Deo tam gratum, tam amabile est, quam mitis anima, atque mansueta. Homil. 3 *de Pœnit.*
43. Christi erimus discipuli, si mansueti simus, et mitis ingenii. Homil. 59, super *Joan.*
44. Mansuetudo est firmamentum patientiae, caritatis janua, imo vero mater, discretionis

- argumentum, veniae ministra, confidentia in oratione, Spiritus sancti diversorum, obedientiae adiutrix, fraternitatis dux, furendum frenum, irascendum retinaculum, gaudii indultria, imitatio Christi, angelorum proprietates, demonum nexu, amaritudinis clypeus. gradu 24.
45. In cordibus mansuetorum requiescit Deus: anima vero turbulenta, sedes est diaboli. *Ibid.*
46. Mansueta anima, simplicitatis est sedes: mens autem iracunda, nequitiae est opifex. *Ibid.*
47. Mansuetus est totius charitatis domicilium: is enim difficile ad verba moveri, sed immobilis esse ad iracundiam solet. *Ibid.*, gradu 27.
48. Multa mansuetudo torporis sequitiam gignit. Lib. 3 *de Summo bono*, cap. 34, sent. 4.
49. Mitis est, qui nulli reddit malum pro malo: laesus veniam petit, et benefacit laedentibus. *Serm. 55 in Festo omn. Sanctorum*.

SENTENTIAE PAGANORUM.

50. Mansueta meliora sunt, quam fera. Lib. 1, *ARISTOTEL. Politic.*, cap. 1.
51. Nihil laudabilius, nihil magno et praclaro viro dignum placabilitate atque clementia. Lib. 1, *CICERO. Offic.*
52. Mansuete immansueta tractanda sunt. Lib. 4, *SENECA. de Ira*, cap. 7.
53. Nullam ex omnibus virtutibus magis homini convenire (cum sit nulla humanior) constat, necesse est. Lib. 1, *de Clement.*, cap. 3.
54. Clementia in quacumque domum pervenerit, eam felicem tranquillamque praestabit. *Ibid.*, cap. 5.
55. Nullum clementia ex omnibus magis quam regem decet. *Ibid.*, cap. 3.
56. Nec promiscuam habere ac vulgarem clementiam oportet, nec abscessam. *Ibid.*, cap. 1.
57. Magna laus est, si homo mansuetus homini est. Epist. 95.
- Vide etiam tit. *Correctio*, sent. 105; *Correctio*, sent. 115, 116, 117; *Differentia*, sent. 113.

MARIA VIRGO.

- Etymologia.* Maria, id est, mare, mundans a peccatis, meritis, et precibus suis. Part. 4, tit. 1, *de Spe*, cap. 1, § 5.
- Maria dicitur illuminatrix, sive stella maris: genuit enim Lumen mundi. Sermone autem syro Maria, Domina nuncupatur, quia Dominum genuit. Lib. 7 *Etymolog.*, cap. 10.
- Maria interpretatur stella maris, quia sicut per stellam maris navigantes diriguntur ad portum, ita christiani diriguntur per Mariam ad gloriam. *Opuscul.*, opusc. 8, super *Ave Maria*.

R. ALANTUS
DE RUPE.

1. Ut omnium advocatus est ad Deum Christum, ita mediatrix ad Christum est Maria. Part. 1. in *Apologia*, cap. 6.

2. Opus divine clementie positum est ad plenum in manus Mariae, Part. 4, serm. 1, cap. 24, ex *III Hom.*

3. Signum sit tibi probabilissimum eterne salutis, si perseveraverit in dies Mariam in suo Palatio salutaveris. *Ibid.*

S. AMBROS.

4. Quid nobiliss. Dei matre? quid splendidius ea, quam splendor elegit? quid castius ea, quae corpus sine corporis contagione generavit? *Prose.*

5. Nam de ceteris ejus virtutibus quid loquar? Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, quae nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum.

6. Corde humilis, verbis gravis, animo prudens, loquendi pariter, legendi studiosior.

7. Quandoquam ista vel vultu laesit parentes? quando dissensit propinquis? quando fastidivit humilem? quando derisit debilem? quando vilavit inopem?

8. Eos solos solita erat cunctis virorum invisere, quos misericordia non erubesceret, neque praeteriret verecundia.

9. Nihil torrum in oculis, nihil in verbis procar, nihil in actu inverecundum.

10. Non gestus fractior, non incessus solutior, non vox petulantior. Lib. 2, de *Virg.*

11. Sic Maria intendebat omnibus, quasi a pluribus moneretur: sic implebat omnia virtutis officia, ut non tam disceret, quam doceret. *Ibid.*

12. Talis fuit Maria ut ejus unius vita omnium disciplina sit: haec est enim imago virginitalis. *Ibid.*

13. O quante in beata Virgine species virtutum emicant! secretum verecundiae, vexillum fidei, devotions obsequium: Virgo intra domum, comes ad ministerium, mater ad templum. *Ibid.*

14. Disce virginem moribus, disce virginem verecundia, disce virginem oraculo, disce mysterio. *Prose.*

15. Discant mulieres propositum pudoris imitari; sola in penetrabilibus, quam nemo virorum videret, solus angelus reperiret: sola sine comite, sola sine teste, ne quo degenerare depravaretur affatu, ab angelo salutatur.

16. Disce, virgo, verborum vitare lasciviam; Mariam etiam salutationem angeli verebatur. Lib. 2, super *Luce*, cap. 1, in illud: *Et ingressus ad eam Angelus.*

17. *Exurgens Maria*, etc. Non quasi incredula de oraculo, nec quasi incerta de munio, nec quasi

dubitans de exemplo: sed quasi laeta pro volo, religiosa pro officio, festina pro gaudio, in montana perrexit. *Prose.*

18. Quo enim iam Deo plena, nisi ad superiora cum festatione contenderet? Nescit tarda munera Sancti Spiritus gratia. *Ibid.*, in illud: *Exurgens Maria.*

19. Discite, virgines, non circumensare per alienas sedes, non demorari in plateis, non aliquid in publico miscere sermones: Maria in domo sera, festina in publico. *Ibid.*

20. Didicistis, virgines, pudorem Mariae? discite humilitatem. Venit propinqua ad proximam, junior ad seniore: nec solum venit, sed etiam prior salutavit. Sit magistra humilitatis, in qua est professio castitatis. *Ibid.*

21. Per portam orientalem beata Virgo Maria figuratur, quae clausa ante ingressum Christi semper exiit: et post egressum ejus clausa in aevum permansit. Super *Apocat.*, cap. xxi, in illud: *Habentem portas duodecim.*

22. Quidquid crudelitatis indictum est corporibus martyrum, leve fuit, aut potius nihil, comparatione passionis Mariae; quae nimirum sua immensitate transiit cuncta penetrabilia ejus, siveque benignissimi cordis intima. De *Excellent. Virg. Mariae*, cap. 5.

23. *Invocato nomine Mariae*: et si merita invocantis non merentur ut exaudiantur, merita tamen Matris intercedunt, ut exaudiantur. *Ibid.*, cap. 6.

24. O benedicta super mulieres, quae angelos vincis puritate, sanctos superas pietate. In *Invocat. Matris*, V. M.

25. Fugiat reus justi Dei ad piam Matrem misericordis Dei, refugiatque reus offensae Matris ad piam Filium benigne matris, ingerat se reus utriusque inter utrumque. *Ibid.*

26. Scio beatam virginem magis propter peccatores, quam propter justos esse factam Dei Matrem. De *Excellent. beatae Virginitatis*, cap. 1.

27. Totam Mariam exandierat divinus amor, ardor continuus, et ebrietas perfusi amoris, ut nihil esset in ea quod mundanus violaret affectus. Part. 3, tit. 31, cap. 3, § 2.

28. Maria ipsa sola mater est et virgo, et primiceria, et speculum virginum, quae utique possidet, aureolam virginitalis: quia et si non habuit a carne pugnam (propter cujus victoriam plena datur aureola) habuit tamen ab hoste, cujus caput contrivit sola. Part. 3, tit. 2, cap. 1, in principio.

29. Virgo Maria, quia humillima semper fuit, ideo plena gratia, et consolatione caelesti. Part. 3, tit. 16, cap. 10, § 5.

30. Eva femina mater fuit cunctorum in terra

S. ANSELM.

S. ANTON.

viventium: beata autem virgo mater est omnium in celum accendentium. Part. 3, tit. 31, cap. 1, § 1.

31. Matrimonium replet terram, virginitas Mariae replet celum. *Ibid.*

32. Sicut coërus in Libano, est altior omni arbore: ita Virgo sublimior est omni angelo. *Ibid.*, cap. 3, § 3.

33. Quid dicam, beata Virgo? cum de te quidquid dixerim, minor est laus tua, quam dignitas tua meretur. *Prose.*

34. Si celum te vocem, altior es: si matrem gentium dicam, praecedis: si formam Dei appellem, digna existis: si Dominam Angelorum vocem, per omnia esse probaris. *Ibid.*, cap. 1, § 1.

35. Beata Virgo Maria cum gratia repletur, cum Spiritu sancto perfunditur, cum virtute Altissimi obumbratur, fit pretiosior meritis, celsis sublimior fastigiis, pulchrior sanctitate, gloriosior suoribus meritorum prerogativis: ita ut nullis sit usus jam mancipanda, nisi divinis. *Ibid.*

36. O dilectissimi! quis laudes beatissimae Virginis digno decantare valeat? *Prose.*

37. Facta est enim Maria, jama colorum, sublimitas apostolorum, laus martyrum, jubilatio confessorum, gloria viduarum, gaudium angelorum, requies animarum. *Ibid.*, cap. 4, § 1.

38. Facta est Maria, salus morum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum.

39. Facta est Maria excelsa super sidera, sanctior super omnes feminas, cujus vita inelyta cunctas illustrat Ecclesias.

40. O quot sententias terribilium flagellorum quae moriunt mundus propter peccata sua, haec sanctissima Virgo misericorditer revocavit. *Ibid.*, cap. 1, § 1.

41. Beata Virgo Maria est mundatrix vitiorum, mediatrix hominum, ablutrix criminum, peccatorum venia, reparatrix Angelorum, juvatrice miserorum, sublevatrix omnium, illuminatrix superorum. Part. 1, tit. vii, de *Spe*, cap. 1, § 5.

42. Quinque sunt litterae nominis Mariae, quae haec signant:

M. Mater universorum;

A. Arca thesaurorum;

R. Regina Colorum, vel Regula viatorum;

I. Jactulum inimicorum;

A. Advocata peccatorum. Parte 1, tit. 15, cap. 14, § 3.

S. AUGUST.

43. Integra fide credendum est beatam Mariam Dei Christi Matrem, et virginem concepisse, et virginem genuisse, et post partum virginem permansisse. In *Enchiridio*, cap. 69.

44. Beatior Maria percipiendo fidem Christi,

quam concipiendo carnem Christi: sic et materna propinquitas nihil Mariae profuisset, nisi felix Christum corde, quam carnis gestasset. De *S. Virginitate*, cap. 3.

45. *Quomodo*, inquit Maria, *fit istud, quantum virum non cognosco?* Quod profecto non diceret, nisi Deo virginem se ante vorisset. Sed quia hoc Israelitarum mores adhuc recusabant, despicienda est viro justo, non violenter ablata, sed potius contra violentos custodituro quod illa jam voverat. *Ibid.*, cap. 4.

46. Sola Maria et spiritu et corpore, et mater et virgo, et Mater Christi, et Virgo Christi est. *Ibid.*, cap. 6.

47. Eva inobediens meruit poenam, Maria obediendo consecuta est gratiam: illa gustavit prohibitum maledicta, haec credens angelo est benedicta: illa nobis mortem contulit, haec vitam nobis peperit. De *Quinque haeresibus*, cap. 5.

48. Maria ministra Christi spiritualium operum qualitatibus, sicut devotissima exitit, ita absque dubio religionis fide, id est, verae credulitatis charitate secutrix fuit. De *Assumpt. Mariae*, cap. 7.

49. Quantum Christi potestas possit, mundi ostendit universitas: quantum gratia, Mariae monstrat integritas. *Ibid.*, cap. 4.

50. Non immerito excipitur Maria a quibusdam generalibus vera assumptione, quam tanta servat gratia, et altissimi dignitatis prerogativa. *Ibid.*

51. Si merito Mariae viventi praes omnibus donata est gratia, non erit mortuis minuenda: quia si omnium Sanctorum mors est pretiosa, Maria sane est pretiosissima, quam tanta comitata est gratia, ut Mater Dei dicitur et sit. *Ibid.*, cap. 7.

52. Porta clausa, signaculum est pudoris, et immaculate carnis, Virginis Mariae integritas: non enim est violata parvi, quam magis est sanctificata concepta. Serm. 2, de *Nativ.*

53. O mira et laudabilis inter feminas! in qua ab angelo salutatur virginitas, sola impregnata, nec violata: exonerata, nec vacuata: quia sic est ab angelo salutata: *Ave Maria gratia plena, Dominus tecum.* Serm. 14, de *Nativ.*

54. Magnam meritum virginitalis! Virginitas Mariae angeli salutatione est impregnata; et prognans Mariae virginitas, de utero in utero est salutata: et generans virginitas Mariae, ab angelis est collaudata: et lactans virginitas Mariae per stellam de caelo est indicata, et Magorum numeribus est honorata. *Ibid.*

55. *Ave Maria gratia plena, Dominus tecum.* Tecum Dominus in corde, tecum in ventre, tecum in utero, tecum in auxilio. Serm. 2, *Annuat. II. Mariae.*

56. Auxtrix peccat Eva, auxtrix meriti Maria:

Eva occidendo obstitit, Maria vivificando profuit? *Ibid.*

57. Tu es spes, Maria, unica peccatorum, per te speramus veniam delictorum, et in te beatissima nostrorum est expectatio premiorum. *Ibid.*

58. O beata Maria! quis tibi digne valeat jura gratiarum, ac laudum praeconia rependere, quae singulari tuo assensu mundo succurristi perditio? *Ibid.*

59. O vere beata Mariae humilitas! quae Deum hominibus peperit, vitam mortalibus edidit, caelos innovavit, mundum purificavit, paradisum aperuit, et hominum animas ab inferis liberavit. *Prose.*

60. O vere gloriosa Mariae humilitas, quae porta paradisi efficitur, scala caeli constituitur, per quam Deus descendit ad terras. *Serm. 1, de Assumpt. B. M.*

S. BASILIUS

SELEUCENS.

61. Non dubium est Mariam, quae meruit pro liberandis proferre pretium, posse plus omnibus liberatis impendere suffragium. *Ibid.*

62. O Virgo sanctissima, de qua qui cum laude graviterque dixerit: non ille quidem a veritate aberrabit, sed pro merito haud fecerit satis. *Orat. 29.*

V. BEDA.

63. Jure beata Maria angelico aspectu simul et affatu meruit perfrui, quae angelicam studebat vitam imitari. *Hom. in Festo Annunt. B. M. in illud: Et ingressus angelus.*

64. O vere gratiosa et venerabilis, o vere gloriosa et admirabilis salutaris! quanto humanae consuetudini inaudita, tanto beatae Mariae dignitati est congrua. *Ibid.*

S. BERNARD.

65. O Virgo virga sublimis, o vere celestis planta, pretiosior cunctis, sanctior universis. *Serm. 2 Advent.*

66. Per te, Maria, accessum habemus ad filium, o benedicta inventrix gratiae, genitrix vitae, mater salutis, ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis. *Ibid.*

67. Felix Maria, cui nec humilitas defuit, nec virginitas, et quidem singularis virginitas, quam non temeravit, sed honoravit fecunditas: et nihilominus specialis humilitas, quam non abstulit, sed extulit fecunda virginitas, et incomparabilis proventus fecunditas, quam virginitas simul comitatur et humilitas. *Hom. 1, super Missus.*

68. O admirandam, et omni honore dignissimam virginem! virginem carne, virginem mente, virginem professione. *Prose.*

69. O feminam singulariter venerandam, super omnes feminas admirabilem, parentum reparatricem, posterorum virificatricem. *Ibid., hom. 2.*

70. Quisquis te intelligis hujus saeculi profluvio magis inter procellas et tempestates fluctuare,

quam per terram ambulare, ne avertas oculos a fulgore hujus sideris, si non vis obrui procellis. *Prose.*

71. Si insurgant venti tentationum, si incurras scopulos tribulationum: respice stellam, voca Mariam.

72. Si jactaris superbiae undis, si ambitionis, si detractionis, si emulationis; respice stellam, voca Mariam.

73. Si iracundia, aut avaritia, aut carnis illecebra navigulam concusserit mentis, respice ad Mariam.

74. Si criminum immanitate turbatus, conscientiae foeditate confusus, iudicii horrore perterritus, barathro incipias absorberi tristitiae, desperationis abyso: cogita Mariam.

75. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca: non recedat ab ore, non recedat a corde, et ut impetres ejus orationis suffragium, non deseras conversationis exemplum.

76. Mariam sequens non devias, ipsam rogans non desperas, ipsam cogitans non erras; ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propitia pervenis. *Ibid.*

77. O pia Virgo, non immerito ex ore tuo pendet consolatio miserorum, redemptio captivorum, liberatio damnatorum, salus denique universorum. *Ibid., homil. 4.*

78. Sicut origo fontium et fluminum mare est, ita virtutum auctrix, et scientiarum scientia sanctorum, Maria. *Serm. 1, super Salve Regina.*

79. Sicut sol universa caeli lumina praecellit prerogativa claritatis eximia, sic Maria totam rationalem creaturam, post Filium, praecellit splendore virtutis. *Ibid.*

80. Juste Maria Regina mundi et Regina caeli dicitur, per quam utriusque Creator et Rector generatur. *Ibid.*

81. Maria Regina est misericordiae, Domina mundi, Regina colorum, Virgo virginum, Sancta sanctorum, lumen caecorum, justorum gloriose, peccatorum venia, desperatorum reparatio, deficientium fortitudo, salus orbis, speculum totius integritatis. *Ibid.*

82. Tu es ager plenus, o Maria, plena virtutum, plena gratiarum. *Ibid., serm. 4.*

83. Nihil est virtutis quod ex te, Maria, non replendat: et quicquid singuli habuere Sancti, tu sola possidisti. *Ibid.*

84. Laudamus virginitatem Mariae, humilitatem miramur: sed misericordia miseris sapit dulcius, misericordiam amplectimur charius, recordamur saepius, crebrius invocamus. *Serm. 4 Assumpt.*

S. BERNARD.

85. Per te, Maria, caelum repletum est: infernus evacuatus est, instauratae ruinae celestis Hierusalem, expectantibus miseris vita perdit data. *Serm. 4 Assumpt.*

86. Sit pietatis tuae, o Maria, ipsum quam apud Deum gratiam invenisti, notam facere mundo: reis veniam, medelam aegris, pusillis corde robur afflicti consolationem, periclitantibus adiutorium et liberationem, sanctis tuis precibus obtinendo. *Ibid.*

87. Quid ad Mariam accedere trepidet humana fragilitas? nihil austerum in ea, nihil terribile: tota suavis est, tota plena pietatis et gratiae, plena mansuetudinis et misericordiae. *Prose.*

88. Revolve diligentius evangelicae historiae seriem universam, et si quid forte increpatorium, si quid durum, si quod denique signum vel tenus indignationis in Maria occurrerit, de cetero suspectam habes, et accedere vereris. *Serm. B. M. de Verbo Apost.*

89. Maria omnibus misericordiae sinum aperit, ut de plenitudine ejus accipiant universi: captivus redemptionem, aeger curationem, tristes consolationem, peccator veniam, justus gratiam, Angelus letitiam, denique tota Trinitas gloriam, Filii persona carnis humanae substantiam, ut non sit qui se abscondat a calore ejus. *Ibid.*

90. Maria omnibus sese exorabilem, omnibus clementissimam praebet, omnium denique necessitates amplissimo quodam misericordiae affectu. *Ibid.*

91. Speciali quodam splendore in Maria conascant, mansuetudo pudoris, devotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, martyrium cordis. *Ibid.*

92. Maria in omnibus et per omnia providens miseris, trepidationem nostram solatur, fidem excitat, spem roborat, diffidentiam abigit, erigit pusillanimitatem. *Serm. de Nativ. B. M.*

93. Deus totius boni plenitudinem posuit in Maria, ut proinde si quid spei in nobis est, si quid gratiae, si quid salutis, ab ea noverimus redundare. *Ibid.*

94. Tolle corpus hoc solare, quod illuminat mundum, ubi dies? tolle Mariam hanc maris stellam, maris utique magni et spatiosi: quid nisi caligo involvens, et umbra mortis, ac densissimae tenebrae relinquantur? *Ibid.*

95. Advocatum habere vis ad Christum? ad Mariam recurre: exaudiet utique matrem Filium. *Ibid.*

96. Fuit beata Virgo Maria fortis in proposito, temperans in silentio, prudens in interrogatione, justa in confessione. *Serm. 9, de Parvis sermonibus.*

97. Mariae praesentia totus illustratur orbis, adeo ut ipsa jam celestis patria clarius rutilet vir-

Tom. III.

gine lampadis irradiata fulgore. *Serm. 1, Assumpt. B. M.*

98. Tria nobis contulit Mariae fecunditas: avertit jugum captivitatis antiquae; remisit iram indignationis divinae; delevit notam iniquitatis humane. In suis *Sentent., cap. Tris.*

99. Auctor mirabilium Deus, tria quaedam mirabilia operatus est in Maria: integritatem munditiae mirabiliter suscitavit; ut arca testamenti auro purissimo tegetetur, puritatem virgineam potentialiter fecundavit; ut rubus ardens non comburetur ima supernis ineffabiliter copulavit; ut scala Jacob mediante, terrena caelestibus uniretur. In suis *Sentent., cap. Auth.*

100. Mariam advocatam premisit peregrinatione nostra, quae tanquam judicis mater, et mater misericordiae, suppliciter et officaciter salutis nostrae negotia pertractavit. *Serm. 1, Assumpt. B. M.*

101. Quantum in terris Maria adepta est praeter ceteris, tantum est in caelis obtinet gloria singularis. *Ibid.*

102. Felix plane Maria, et multipliciter felix, sive cum excipit Salvatorem, sive cum a Salvatore suscipitur; utrobique mira dignitas Virginis matris, utrobique amplectenda dignatio majestatis. *Ibid.*

103. Unum in quo nec primam similem visa est; nec habere sequentem, gaudia matris habens cum virginitatis honore, Mariae privilegium est; non dabitur alteri: singularis est, sed etiam indidicibile invenitur. *Ibid., serm. 4.*

104. Non in sola Mariae taciturnitate commendatur ejus humilitas, sed evidenter resonat in sermone, quia nihil aliud quam ancillam Dei se esse fatetur. *Serm. Beatae Mariae de Verbis Apocal.*

105. Exaudiet Matrem Filium, et exaudiet Filium Pater: Filioli, haec peccatorum scala, haec mea maxima fiducia est, haec tota ratio spei meae. Quid enim? potestne filius aut repellere, aut sustinere repulsam? non audire, aut non audiri filius potest? neutrum plane. *Invenisti, ait angelus, gratiam apud Deum, et sola est gratia, quae egenus.* *Serm. Nativ. B. M. de Aqueductu.*

106. Modicum istud quod offerre desideras, gratissimis illis, et omni acceptione dignissimis Mariae manibus offerendum tradere cura, si non vis sustinere repulsam. *Ibid.*

107. A Domina nostra rei habent veniam, justi gratiam, angeli letitiam. In suis *Sent. verbo A Domina.*

108. Fuit procul dubio Mater Domini ante saecula quam nata: nec fallitur omnino sancta Ecclesia, sanctorum reputans ipsum Nativitatis ejus diem. *Epist. 174, ad Canonicos Lugdunenses.*

3

109. Fuit Maria mundissima carne, humillima corde, devotissima mente. *Serm. de B. Virg. Maria.*

110. O pia, ô magna, ô multum amabilis Maria! tu nec nominari quidem potes, quin accendas, nec cogitari quin recrees affectus diligentium te. In *Deprcat. ad V. Mariam.*

111. Peccatorem quantumlibet fœtidum, non horres, non despicias, si ad te suspiraverit, tuumque interventum penitenti corde flagitaverit. *Prosecutio.*

112. Tu peccatorem a desperationis barathro pia manu retrahis, spei medicamine foves: non despicias quousque horrendo iudici miserum reconcilies. In *Deprcat. ad B. Mariam.*

113. Quidquid illud quod offerre paras, Mariæ commendare memento, si non vis sustinere respulsam. Lib. 11. *Florum*, cap. 6.

114. Sileat misericordiam tuam, Virgo beata, si quis est, qui invocatum te in necessitatibus suis sibi meminerit defuisse. *Serm. 4, in Assumpt. B. M.*

115. Maria est omnibus amabilis, omnibus affabilis, omnibus delectabilis, sodes sapientiæ, fluvius clementiæ, radius deitatis, solatium miserorum, refugium expulsoꝝ, liberatio captivorum, regina bellatorum, domina universorum. *Medit. super Salvæ Regina.*

116. Maria clemens est indigentibus, pia exorantibus, dulcis diligentibus. *Prosec.*

117. Clemens penitentibus, pia proficientibus, dulcis contemplantibus.

118. Clemens liberando, pia largiendo, dulcis se donando.

119. Clemens consolando, pia blandiendo, dulcis osculando.

120. Clemens subjectis, pia iam correctis, dulcis prædicatis.

121. Beata Virgo Maria doctrix Apostolorum est, et Evangelistarum. *Serm. 9, in Hexam.*

122. Fuit Virgo Maria, beata propter meritum castitatis; beator propter consilium virginitalis; beatissima propter privilegium fecunditatis. Super *Luc. cap. 1*, in illud; *Beatum me dicent.*

123. Virgo Maria exaltata est super choros angelorum, nullam puram creaturam habens superiorem, nec etiam æqualem. *Ibid. cap. 7*, in illud: *Nullus major.*

124. Maria non tantum beata fuit, quia Christum gestavit in carne, verum etiam beator, quia ipsum perfectissime gestavit in mente. *Ibid. cap. 11*, in illud; *Beatus venter.*

125. Beata Maria in animo martyri Filio com-martyr astabat, vulnerato convulnerata, crucifixo conerucifixa, gladiato congladiata. *Serm. 1. Dom. infra octav. Epiph.*

126. Sicut in comparatione Dei, bonus nemo: sic comparatione Matris Domini, nulla invenitur perfecta, quantumcumque virtutibus eximia comprobetur. Super *Lucam*, cap. 10.

127. Quando misereri non poterit Mater omnipotentia? quando misereri noluerit Regina misericordie? Tota est dulcis, tota suavis, tota misericors, omnibus offerens lac et lanam. *Serm. 2, de B. V. M.*

128. Beata Virgo Maria auxiliatrix et amatrix est omnium fidelium suorum laudatorum. Super *lib. 3 Sent. dist. 3, part. 1, art. 1, quest. 1.*

129. Ex hoc quod Virgo Maria effecta est Dei Mater, est effecta Mater omnium creaturarum. *Ibid. dist. 9, part. 1, art. 1, quest. 3, argum. 2.*

130. Beatissima Virgo Maria Mater fuit completissimo modo, ipsum Dei Filium concipiendo absque viro, fecundando Spiritu sancto. In *Dreitolq.*, part. 4, cap. 3.

131. Mariam salutans Angelus, non solum plenam gratia, sed adhuc superventurum in eam asseruit Spiritum sanctum: ad quid, nisi ut adveniente iam Spiritu, plena sibi, eodem superveniente, nobis quoque superplena, et super effluens fieret? Lib. 1. *Phœtreæ*, cap. 5.

132. O Fœmina mirabiliter singularis, et singulariter mirabilis, per quam elementa renovantur, inferna remediuntur, homines salvantur, angeli reinteguntur! *Prosec.*

133. O fœmina plena et superplena gratia, de cuius plenitudinis exundantia respersa sic reviscit omnis creatura! *Ibid.*

134. O virgo benedicta, per cuius benedictionem benedicitur omnis creatura: non solum creatura a Creatore, sed etiam Creator a creatura. *Ibid.*

135. Innocentissima et sanctissima Maria corde fuit absque vā, ore absque vā, opere absque vā, et ideo dictum est ei, Ave. In *Speculo B. M. V.*, lect. 2.

136. Hoc nomen Maria sanctissimum, nomen dulcissimum, nomen dignissimum, tam sanctissime, tam dulcissime, tam dignissime Virgini convenientissime impositum est. *Ibid.*, lect. 3.

137. Interpretatur Maria, amarum mare; Maria, stella maris; Maria, illuminata vel illuminatrix; Maria, domina; Maria amarum est mare demonibus; stella maris, hominibus; illuminata, vel illuminatrix, angelicis spiritibus; domina, creaturis omnibus. *Ibid.*

138. Omnia flumina intrant in mare, dum omnia charismata sanctorum intrant in Mariam. *Prosecutio.*

139. Flumen gratiæ angelorum intrat in Mariam, et flumen gratiæ patriarcharum et prophetarum intrat in Mariam.

140. Flumen gratiæ apostolorum intrat in Mariam, et flumen gratiæ martyrum intrat in Mariam.

141. Flumen gratiæ confessorum intrat in Mariam, et flumen gratiæ virginum intrat in Mariam: omnia flumina intrant in mare.

142. Quid mirum, si omnis gratia in Mariam confluit, per quam tanta gratia ad omnes defluit? *Ibid.*

143. Maria est stella purissima, stella radiosissima, stella utilissima: stella purissima, purissime vivendo; stella radiosissima, radium æternum pariendo; stella utilissima, ad latus patriæ dirigendo. *Ibid.*

144. Maria Domini est filia nobilissima, mater dignissima, sponsa venustissima, ancilla devotissima. *Ibid.*, lect. 10.

145. Maria in domo Dei plantata, et impinguita Spiritu Sancto, ut oliva fructifera, omnis virtutis habitaculum facta est. Lib. *Phœtreæ*, cap. 5.

146. Sicut, o beatissima, omnis a te aversus, et a te despectus, necesse est ut intreat: ita ad te omnis conversus, et a te respectus, impossibile est ut pereat. *Ibid.*

147. Maria est solatium miserorum, refugium expulsoꝝ, liberatio captivorum, medicina infirmorum, mater parvulorum, sponsa adultorum, regina bellatorum, domina universorum. In *Stimulo amor*, part. 3, cap. 19.

148. Maria quia mente passa est, plusquam mulierum, nec ante, nec deinceps meruit obtinere: quia simul Mater et Virgo singularis titulus est insignita. *De Nativit. Christi*, cap. 2.

149. Quanto beatissima Virgo Maria ceteris sanctis universi perfectior, sanctior, major et dignior est: tanto illis amabilior, honorabilior, suaviorque consistit. Super *hymn. B. V. M. ad vesperas.*

150. Maria est regina cœlorum, mater regis angelorum, mundi domina, imperatrix totius orbis gloriosissima, peccatorum advocata, reorum reconciliatrix, miserorum consolatrix. *De Perfect. charit.*, art. 31.

151. Mulier a diabolo seducta, mortem intulit: contra, mulier ab angelo educta, salutem edidit. *Sup. Luc. cap. 4.*

152. Maria dignitate electionis suæ transcendit electarum creaturarum altitudinem. Lib. 1, in 1. *Regum*, cap. 1. *Allegorice expositi*, super illud; *Fuit vir unus de Ramathaim Sopham.*

153. Nulli dubium est, quin totum ad gloriam laudis Christi pertineat, quidquid digne genitrici suæ impensum fuerit. *Epist. 10, ad Paulam et Eusebium, de Assumpt. B. M.*

154. Beatum et gloriosam virginem Mariam di-

gne laudare nequeo, quoniam quidquid humanis dici potest verbis, minus est a laude ejus: qua divinis est et angelicis excellentius prædicata, et laudata preconis. *Prosec.*

155. A prophetis prænuntiata, a patriarchis figuris et enigmatibus præsignata, ab Evangelistis exhibitæ et monstrata, ab angelo venerabiliter atque officiosissime salutata.

156. Talibus decebat Virginem oppignorari muneribus, ut esset gratia plena: quæ dedit cœlis gloriam terris Dominum, pacemque refuldit; fidem gentibus, finem vitii, vitæ ordinem, moribus disciplinam.

157. Et bene angelus ad Virginem Mariam mittitur, quia semper est angelus cognata virginitas.

158. In carne angelicam vitam acquirere, magis est meritum quam habere.

159. Ceteris per partes præstat, Maria vero simul se tota infudit plenitudo gratiæ. *Ibid.*

160. Quod natura non habuit, usus nec sensit, ignoravit ratio, mens non capit humana; parvæ colum, stupet terra, creatura omnis etiam cœlestis miratur. Hoc totum est, quod per Gabrielicum Mariæ divinitus nuntiatur, et per Christum adimpletur. *Ibid.*

161. Sicut beata Maria incomparabilis est Virginitas ceteris, ita incomparabilis est omnium sanctorum festivitatis, et admiranda etiam angelicis virtutibus. *Ibid.*

162. Maria quia mente passa est, plusquam martyr fuit: nimirum quod ejus dilectio amplius fortis, quam mors fuit, quia mortem Christi suam fecit. *Ibid.*

163. Si diligentius aspicias, nihil virtutis est, nihil speciositatis, nihil candoris gloriæque, quod in Maria non respiciatur. *Ibid.*

164. Maria cunctis tanto venerabilior, quanto gratiosior, et quanto virtute Altissimi extollitur ad sublimia, tanto clarior resultat in gloria. *Ibid.*

165. Plena gratia, plena Deo, plena virtutibus, non potest non possidere plene gloriam claritatis æternæ, quam plenissime accepit, ut Mater fieret Salvatoris. *Ibid.*

166. Maria omnibus exemplum est castitatis, in qua vult in speculo refulget forma virtutis. *Ibid.*

167. Quid nobilissimæ Matris Domini? quid splendidius ea, quam splendor elegit paternæ gloriæ? quid ea castius, que corpus Christi sine contagione corporis generavit? *Ibid.*

168. Nunquam beata Virgo Maria sine pudoris sui custode processit. *Ibid.*

169. Maria vite omnium est disciplina, cuius mores instituta sunt Ecclesiarum: quæ præcellit cunctos, supereminet universos, et in ea magisteria sunt prohibitiæ expressa. *Ibid.*

170. Sicut in comparatione Dei nemo bonus, ita et in comparatione Matris Domini nulla feminarum invenitur perfecta, quamvis virtutibus eximius comprobetur. *Ibid.*

171. Maria, virgo extitit ante conjugium, virgo in conjugio, virgo pregnantis, virgo pariens, virgo lactans : et dicta est merito Mater, non de marito, Epist. 11, de *Assumpt. B. M.*

172. Beata Maria tantæ extitit puritatis, ut mater Domini esse mereretur. Habet. in *Glossa ord. sup. Epist. ad Rom.*, cap. v, in illud : *In omnes homines mors pertransiit.*

173. Beata Virgo pauper fuit, humilis, obediens, quieta, modesta, simplex, et sapiens. Lib. 4, de *Propriet. rerum*, cap. 2.

174. Beata Virgo Maria, vere aurora clarissima est, quæ suo magifico jubare præcedentium Patrum claritatem minoravit : sane quæcumque in Scripturis, vel in creaturis sunt laudabilia. ejus sunt laudi convenientia. Serm. 34, de *Diversis.*

175. Habuit beatissima Virgo non solum intus sanctitatem ad conscientiam, sed et foris sanctitatis opinionem ad famam. Serm. 46, in *Diversis de Assumpt. B. M.*

176. Sicut ergo est aurora vere lucis præventionem, sic est flos pulchritudine, fævus dulcedine, viola humilitate, rosa charitate vel compassione, lilium suavitate, vitis fructificatione, quodlibet aroma bona opinione, castrum securitate, murus vel turris fortitudine, clypeus aut propugnaculum defensione, columna rectitudine, sponsa fide, amica dilectione, mater fecunditate, virgo integritate, domina dignitate, regina majestate, ovis innocencia, agna munditia, columba simplicitate, turtur castitate, munda et mansueta conversatione, nubes protectio, stella cujus libet virtutis aut boni operis incoactione, luna ejusdem augmentatione, sol consummatione, celestis denique paradisi celestis boni plenitudine. Serm. 34 de *Diversis.*

177. Maria Virgo Virginum, singularis integritate, unica castitate, excellens dignitate. De *B. Maria virginit. perpetua*, cap. 1.

178. Tria contulit Mariæ fecunditas : avertit jugum captivitatis antiquæ : remisit iram indignationis divinæ : delevit notam iniquitatis humanæ. Lib. 4 *Miscellan.*, codic. 2, tit. 135.

179. Quid tibi negabitur, o Maria, quæ Theophilum de ipsis faucibus diaboli eruisi? *Prosec.*

180. Quomodo illa potestas tuæ potentia poterit obsistere, quæ de carne tua carnis suscepit originem?

181. Accedis ad illud reconciliationis altare, non solum rogans, sed et imperans : in manibus tuis sunt thesauri misericordiæ Dei, absit ut cesset manus tua.

182. Neque enim tua gloria minuitur, sed augetur : cum ponentes ad veniam justificati assumuntur ad gloriam. Lib. 3 *Miscellan.*, codic. 2, tit. 44.

183. O Virgo gratiosa, totum nobis quodammodo est a te ; et per illum nobis est, qui natus est ex te. Collat. 3 de *Verbo incarnato.*

184. Virgo Maria exemplar et humilitatis, decus castitatis, fons charitatis. Super *Ecclesiastic.*, cap. 24.

185. Beata Virgo fuit, et pia, et benigna, et modesta, et casta : pia in opere, benigna in corde ; modesta in sermone, casta in corpore, et in mente. *Ibid.*, cap. 26.

186. Beata virgo de virginitate accepit integritatem, et sterilitatem reliquit : de matre fecunditatem, et fœditatem reliquit. Et facta est mater integra, et virgo fecunda : mater sine fœditate, virgo sine sterilitate. Super *Isai.*, cap. xiv.

187. Maria Virgo assimilatur stellæ : primo, quia cum magna esset ad modum stellæ, modica quia cum magna esset ad modum stellæ, modica de nocte luces, sic B. Virgo his luces, qui sunt in tenebris ; tertio, in hoc quod naufragantes hujus mundi ad portum salutis dirigit ; quarto, quia ad modum stellæ radios ex se profert bonorum exemplorum. Sup. *Luc.*, cap. 1.

188. Maria amarum est mare : quia aqua ejus salsa est, et ideo solum provocat. *Ibid.*

189. Tua species, Virgo Maria, fuit in corporis castitate, in conscientia puritate, in exteriori conversatione, in divinarum contemplatione. In *Contemplat. V. M.*, cap. 3.

190. Per te, o super benedicta Virgo Maria, in nocentia reparatur, vita angelica reductur Deus homini pacificatur et unitur, diabolus vincitur et contritur. *Ibid.*

191. Tantæ virtutis et excellentiæ est tuum sanctissimum nomen, beatissima Virgo, quod ad invocationem ipsius cœlum redit, terra letatur, angeli conturbantur, demones contremiscunt, et infernus conturbatur. *Ibid.*, cap. 5.

192. Tanto pretiosior præ omnibus et sublimior B. Virgo, quanto et gratia gloriosior refulsit. Serm. 3, de *Assumpt. B. M.*

193. Virginitas et vita B. Mariæ, speculum et species fuit totius castitatis : et integritas virtutum, decus pudicitia, et magisterium valde eximium probatilis. *Ibid.*

194. De propagine carnis, nulla nobilior Dei matre refulsit, nulla splendidior ea processit. *Ibid.*

195. Sancta Maria semper virgo fuit, virgo permansit, virgo ante partum, virgo in partu, et virgo post partum. *Prosec.*

HUGOCARD.

S. INNOC. III.

196. Concepit, et virgo est : generat, et virgo est : lactat, et virgo est.

197. Mater quippe esse potuit B. Maria, mulier esse potuit : magnum mysterium, magnum donum, magna gratia. *Ibid.*, serm. 1, de *Nat. B. M.*

198. Ipsa Maria virgo extitit ante conjugium ; virgo in conjugio, virgo pregnantis, virgo pariens, virgo lactans : et data marito, et mater non de marito. *Ibid.*, serm. 2.

199. Virgo Dei Genitrix virga est recta, erecta, procera, fragilis, gracilis, flexibilis, frondosa, florifera, fructifera : recta per justitiam, erecta per devotionem, procera per longanimitatem, fragilis per objectionem sui, gracilis per humilitatem, frondosa per sanctissimam conversationem, florifera per virginalem Conceptionem, fructifera per partum vite æternæ : recta per fidem, erecta per spem, procera per charitatem, fragilis per pudorem, gracilis per desperationem mundi, flexibilis per compassionem proximi, frondosa per honorum operum executionem, florifera per gloriam virginitatis, fructifera per prærogativam fecunditatis. In *Encenio B. M.*

200. Quicumque sentit impugnationem ab hostibus, vel a mundo, vel a carne, vel a demone, respiciat castrorum aciem ordinatam, depreceetur Mariam. Serm. 2, de *Assumpt. B. M.*

201. Evam serpens seduxit, Maria Gabrieli consensit : sed seductio Evæ attulit mortem, consensus Mariæ peperit vitam. Serm. de *Genesis.*

202. Per Mariam effectus est homo ex reo judex, ex abjecto filius, ex hoste amicus, ex alieno proximus, ex mortuo suscitatus. *Ibid.*

203. Maria comessatrix, aut vinolenta nunquam fuit : quoniam omnis mulier, quæ vinolenta est et comessatrix, meretrix est. Homil. 4, super *Matthæum. Oper. imperf.*

204. Maria non levis fuit, non jocosæ, non cantatrix, non turpium verborum amatrix, sicut solent plerumque puella quæ libenter talia aut loquuntur, aut audiunt : non super virum oculos suos exultit, nec infixit aspectum. *Ibid.*

205. Inestimabilis laus Mariæ ! magis Joseph credebatur castitati quam ejus utero, plus gratiæ quam naturæ : conceptionem manifeste videbat, et fornicationem suspicari non poterat ; possibile esse credebatur mulierem sine viro posse concipere, quam Mariam posse peccare. *Ibid.*

206. Sancta Maria, beata Maria, mater et virgo : virgo fuit ante partum, virgo post partum. Ego hoc miror quomodo de virgine virgo natus sit, et post nativitatem virginis, mater virgo sit. Homil. de *Joan. Baptista.*

207. Tu, o Maria, eximium humani generis de-

S. JOANNES DAMASCEN.

cus, tu sacerdotum gloria, tu christianorum spes, tu virginitalis feracissima planta. Orat. 1, de *Nat. B. M.*

208. Maria virgo ipsa est, et virginum amans : pura est, et purorum amans. Orat. 2, de *Assumpt. B. M.*

209. Evæ inobedientiæ nodus solutionem accepit per obedientiam Mariæ : quod enim alligavit virgo Eva per incredulitatem, hoc virgo Maria solvit per fidem. Lib. 3, *advers. Hæres.*, cap. 33.

210. Maria (quæ interpretatur Domina, sive illuminatrix) est clara ex stirpe David, virga Jesse, hortus conclusus, fons signatus, mater Domini, templum Dei, sacrarium Spiritus Sancti, virgo sancta, virgo facta, virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum. De *Vita et morte Sanctorum Novi Testamenti*, cap. 68.

211. Maria effecta est porta cœli, paradisi janna, stella maris, solatium mundi, peccanti refugium, naufraganti portus, auxilium periclitanti, eranti via, desperanti salus, mundi interventrix, interemptrix peccati, diaboli terror. De *Custo canubio*, cap. 9.

212. Maria est tabernaculum testamenti, arca fœderis, templi propitiatorium, thronus Dei, virga florida, nuceola levis, hortus conclusus, signatus fons, porta clausa, columba immaculata, rosa redolens, lilium candens, flos nitens, virgula fumans, oliva virens, vitis fructificans, cupressus se attolens, palma frondens, terebinthus se extendens, campus germinans, terra pullulans, aurora surgens, lucifer rutilans, sole splendidior, auro purior, gemmis pretiosior, balsamo suavior, margaritis charior, nectare dulcior, harmonia omni delectabilior. *Ibid.*

213. Beatam Mariam virginem frequenter lauda, omnium enim præconis dignissima est : et quantumcumque prædicetur, omnem commendationem semper superat. In *Canon vite spirit.*, cap. 13.

214. Plane nihil sub Deo cogitari potest divinius Dei Matre quid enim hac dignitate celsius ? quid sublimius ? quid honorificentius ? quid admirabilius ? *Ibid.*

215. Nullum Maria virgo aspernatur, nulli se negat, omnes consolatur, omnibus sinum pietatis aperit : et vel tenuiter invocata, presto adest. *Ibid.*

216. Fieri non potest ut unquam pereat, qui Mariæ sedulus, et humilis cultor fuerit. *Ibid.*

217. Maria Virgo peccatores ad se pie et humiliter confutientes blande suscipit, fovet, protegit, et Filio suo materna fiducia reconciliat. *Prosec.*

218. Citius cœlum cum terra peribit, quam ipsa aliquem serio se implorantem sua ope destituat. In *Speculot. spirit.*, cap. 12.

S. IRENEUS.

S. ISIDORUS HISPAL.

S. LAURENT. JUSTIN.

LUDOVICUS BLOSIUS.

HUGO A. S. VICTORE.

ISIDOTA.

S. JOANNES CHRYSOST.

S. ILDEPH.

S. METHOD. 219. Maria Virgo omnibus generationibus excellentior est, omnibusque visibilibus, atque invisibilibus operibus longe prestantior declaratur. *De Purificat. B. M.*

S. PETRUS DAMIANUS. 220. Dignum est, ut quae laudum praeconia meretur ab Angelis, obsequis etiam frequentetur humanis: eique post Deum totus orbis exhibeat laudem, per quam suscepit propriae salutis auctorem. Lib. 6, epist. 29, *ad Stephanum monach.*

221. Optima spes est apud Mariam habere confugium; quae inter omnes caelestis curiae senatores, impetrandi apud Deum primum obtinet locum. *Ibid.*

222. Ascendit Salvator in caelum potestativae virtutis imperio, non angelorum auxilio fultus: assumpta est Maria in caelum, sed gratiae sublevaris iudicio, et auxiliantibus angelis. *Serm. 40, de Assumpt. B. M. V.*

223. Quid sanctitatis, quid iustitiae, quid religionis, quid perfectionis singularis Mariae virgini deesse potuit, quae totius divinae gratiae charismate plena fuit? *Serm. 46, de Nativ. B. M. V.*

224. Nec mirum si cunctarum merita transcendat mortalium, quae et ipsa superexcedit celsitudinem angelorum. *Ibid.*

225. Per beatissimam virginem Mariam non solum amissa olim vita hominibus redditur, sed etiam beatitudo angelicæ sublimitatis augetur. *Ibid.*

226. O mirabiliter fecunda virginitas, quae novo et inaudito miraculo, et mater diu possidet Virgo. *Ibid.*

227. Per mulierem infusa est maledictio terrae, per mulierem redditur benedictio terrae; largissimum benedictionis novae fluentum, totum detersit maledictionis antiquae contagium. *Ibid.*

228. Beata virgo Maria, licet de generosa sit Patrum stirpe progenita, ab illo tamen trahit excellentissimae nobilitatis genus, qui de illa est novo nascenti generi procreatus, et per clarissimam sobolem, omnem humani stemmatis excedit nobilitatem: clara proavorum titulus, sed incomparabiliter clarior generositate prolis; filia sigillidem regum, sed mater Regis regum. *Ibid.*

S. PETRUS NAUBIT. AB. CLUNIAC.

S. RUPERT. AB.

230. Beata Maria, in carne etiam posita, omnem creaturam vel humanam, vel angelicam summo transcendit. Lib. 3, epist. 7 *ad Gregor.*

231. Propheticæ erat Maria, prophetis, in quam nulli prophetarum comparanda, ejus in sacrarium pectoris Spiritus sanctus prophetas omnes convexerat. Lib. 1, *de Spiritu sancto.*

232. pulchritudo tua, pudicitia est, et pudica-

rum omnium virginum, viduarum atque continentium pudicitia, religiositas aut verecundia, tuis genis, tuis oculis comparata, non est verecundia, non est religiositas, non est autem vix meretur dici pudicitia. Lib. 1 *in Cant. cap. 1.*

233. Quid in te, o dilectissima dilectarum, Virgo virginum, laudatur a dilecto laudabili, quem laudat chorus angelorum? *Prose.*

234. Laudatur simplicitas, munditia, innocentia, doctrina, verecundia, humilitas, mentis et carnis integritas, sive incorrupta virginitas.

235. In oculis simplicitas, in capillis cogitationum tuarum munditia, in dentibus innocentia, in labiis doctrina, in genis verecundia, in cæle humilitas, in uberibus tuis admiranda et spectabilis eum fecunditate virginitas.

236. Simplicitas tua, prudentia tua est: munditia tua, supernorum desiderium est: innocentia tua, religiositas est: humilitas tua, vera contra diabolum fortitudo est; virginitas tua, matrum decus est. Lib. 3, *super Cant. cap. iv, super illud: Quam pulchra es, amica mea!*

237. *Oculi tui columbarum.* Hæc namque avicula sine felle est, et tu maxime, o misericordium mater! sine felle es, nihil enim unquam habuisti invidia, nihil odii, quod familiare est rapacibus corvis. *Ibid., cap. 3.*

238. Sub Christo maxima fuit B. Mariae virginis puritas. Part. 5, *quaest. 27, art. 2.*

239. Beata virgo non solum erat pura in se sed etiam puritatem procuravit aliis. *Opusc. 8 super Ave Maria.*

240. Si malignus hostis vos tentat, Mariam invocate, Mariam salutate, Mariam cogitate, Mariam nominare, Mariam honorate, Mariam glorificate, Mariam vos commendate. *Serm. 21 ad Novit. div. 4.*

241. Maria est omnium virginum, virgo prudentissima; omnium feminarum, femina pudicissima; omnium matronarum, matron honestissima; omnium puellarum, puella speciosissima; omnium domicellarum, domicella venustissima; omnium reginarum, regina nobilissima. *Ibid., serm. 25.*

242. O summe venerabilis virgo Maria, virginitate candidissima, humilitate profundissima, charitate ferventissima, patientia mitissima, misericordia plenissima, oratione devotissima, meditatione purissima, contemplationis altissima, compassione suavissima, consilio prudentissima, auxilio potentissima. *Ibid., div. 4.*

243. O summe veneranda virgo Maria, aula Dei, porta caeli, paradisi deliciarum, putens gratiarum, angelorum gloria, hominum letitia, forma morum, virtutum splendor, lucerna vite,

S. THOMAS AQUINAS.

THOMAS A KEMPIS.

S. THOMAS A VILLANS.

S. ZENO EPISCOPUS ET MARTYR.

S. ANTONIN.

CLEMENS ALEXAND. S. THOMAS AQUINAS.

S. DONAT.

S. ISID. HISP.

spes egenorum, salus infirmorum, mater orphanorum. *Ibid.*

244. Invocanda est Maria ab omnibus Christi fidelibus: nam dulce nomen Mariae fiduciam donat invocanti et nominanti. *De Virgipina claustr., cap. 15.*

245. Quidquid in quolibet sancto fuit illustre, in virgine Maria fuit, in illa patientia Job, mansuetudo Moysi, fides Abraham, castitas Joseph, humilitas David, sapientia Salomonis, zelus Elias, puritas virginum, fortitudo martyrum, devotio confessorum, sapientia doctorum, contemptus mundi anachoretarum. *Conc. 3 de Nativ. B. M.*

246. O homo! in quacumque tribulatione ad Mariam fuge, sive peccatis afflictus, sive persecutionibus attritus, sive tantationibus turbatus, hanc turrim petito, ad Mariam confugio. *Conc. 1 de Assumpt. B. M.*

247. O magnum sacramentum! Maria Virgo incorrupta concepit, post conceptum Virgo peperit, post partum Virgo permansit. *Serm. 2 de Nat. Christi.*

Vide etiam tit. *Conceptio immaculata, per totum; Intercessio, sent. 60; Martyrium, sent. 265; Privilegium, sent. 14; Seductio, sent. 23.*

MARIE CONCEPTIO IMMACULATA.

Vide CONCEPTIO IMMACULATA.

MARTYRIUM.

Etymologia. Martyr est græcum, latine interpretatur Testis: per excellentiam autem dicuntur martyres, testes, qui propter Deum sustinent mortem: quia non potest esse efficacis testimonium ejus, quod dicit quis, vel fatetur, quam confirmando quod verum sit, vel iustum, sustinere mortem patienter. Part. 3, tit. xxxi, cap. 9, § 1.

Definitio. Martyrium est expurgatio peccatorum cum gloria. Lib. 4 *Stromat.*

Martyrium est actus virtutis, quæ aliquis contra persequentium impetum firmiter in iustitia et veritate permanet. 2, 2 *quaest. 124, art. 1.*

Divisio. Tria genera sunt martyrii: castitas, in juvene, largitas in paupere, abstinencia in abundantia. *Expos. 1, super Psalm cxviii, in illud: Narraverunt mihi iniqui fabulationes.*

Duo sunt martyrii genera: unum in aperta passione, alterum in occulta animi virtute. *Prosec.* Nam multi hostis insidias tolerantes, et cunctis carnalibus desideris resistentes, per hoc quod in corde suo Deo omnipotenti mactaverunt, etiam pacis tempore martyres facti sunt, qui etiam persecutionis non tempus existeret, martyres esse potuerunt. Lib. 7, *Etymol. cap. 11.*

1. Non ideo laudabilis virginitas, quia in martyribus reperitur, sed quia ipsa martyres faciat. Lib. 1, *de Virgipina.*

2. Ipsa mors martyrum, premium vite est. *In Orat. de fele Resurr.*

3. Cum iudicatur martyr, et condemnatur, tunc vincit, atque prostrat persecutorem. *Serm. 76 de Natali sanctorum Martyrum.*

4. Martyr cum patitur, non sibi tantum patitur, sed et civibus: sibi enim patitur ad premium, civibus ad exemplum: sibi patitur ad regnum, civibus ad salutem. *Serm. 77.*

5. Cuncti martyres devotissime percolendi sunt, sed specialiter ii venerandi sunt a nobis, quorum reliquias possidemus. *Prose.*

6. Et ideo, Fratres, veneremur eos in sæculo, quos defensores habere possumus in futuro. *Ibid.*

7. Martyrii mater, est fides catholica, *Serm. 93.*

8. Martyres principes sunt fidei, intercessores mundi, preces regni, coheredes. *Dei. Ibid.*

9. Tolle martyrum certamina, tulisti coronas: tolle cruciatus, tulisti beatitudines. Lib. 1 *super Lucam, cap. 4, in illud: Diabolus recessit ab illo.*

10. Nullatenus seipsum potest homo magis dare Deo, quam cum se morti tradit ad honorem illius. Lib. 2, *Cur Deus, cap. 11.*

11. Anima martyris frama est splendida charitate, acuta veritate, vibrata Dei virtute. Part. 4, tit. iii, cap. 3, § 2.

12. Martyrium triplex est sine sanguine: paritas in ubertate, quæ fuit in David; liberalitas in paupertate, ut in Tobia; castitas in juventute, ut in Joseph in *Egypto, Ibid.*

13. Lapidis Vespiano dulces fuerunt, *Serm. Dom. infra octav. Nativ.*

14. Veri martyres illi sunt, de quibus Dominus ait: *Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam; non ergo qui propter iniquitatem, et propter christianæ utilitatis impiam diversionem: sed qui propter iustitiam persecutionem patiuntur, hi martyres veri sunt.* *Epist. 50 ad Bonifac.*

15. Disputando et scribendo monstravimus hæreticos non posse habere martyrum mortem, quia christianorum non habent vitam: cum martyrem non faciat poena, sed causa. *Epist. 61 ad Dulcitium.*

16. Centesimus fructus, martyrum est. Lib. 4, *Quest. evang. quæst. 9, super illud Matth. 13: Alitid centesimum.*

17. Tota iustitia hæc est, virginitas, sacerdotium, et martyrium. Lib. 2, *de Alrab, sacra Script., esp. 3.*

18. Non nos martyribus templa sacerdotia,

S. AMBROS.

S. ANSELM.

S. ANTON.

S. ANT. DE PADOVA.

S. AUGUST.